

Contenta.

207

1. Job. Eckhardi Observaciones philologicae ex Aristophanis Pluto dictioni N. F. illustrandae inferentes.
2. Christoph. Wollii Diss. de eo, quod sublime est in his Moësis verbis: יְשַׁעְדָּו עַד, ad Longin. nec. IV. 85.
3. Just. Godofr. Guntzii Diss. de Saedexlax in sacris Aesculapii.
4. Sal. Deylingii Eusebianum doctrinae saluifica Systema. (fide.)
5. Christian. Gottlieb Clugii Diss. de usu formulae, qua interrogamus infantes ante sacram lotionem de
6. Io. Casp. Haferungii Progr. de baptismo typico.
7. Io. Georg. Waltherii Diss. de baptismo Christum induente.
8. Eiusd. Historia paedobaptismi quatuor priorum seculorum.
9. ——— Progr. Tempus aduentus messis idoneum.
10. ——— Controversia de peccato originis.
11. ——— Historia doctrinae de peccato originis.
12. Frid. Andr. Hallbaueri Pristina christiana rei facies a Minio representata.
13. Io. Andr. Dampii Diss. de filia vocis, nefanda diuina emula.
14. Io. Christian. Hebersteinii Diss. de discrepantia et consensu psalmsi XLIX. et II. Sam. XXII.
15. Eiusd. Diss. de sacrificio a periuero offerendo, ex leuit. V. 20-26.
16. ——— de Isaiæ cap. XLIII. comm. 19. non diuellendo.
17. Christian. Sigism. Georgii Diss. de peregrinis idiotismis ob causas et effectus suos in sermone
18. Car. Gottlob Sperbachii Observaciones philologicae in nonnulla pentateuchi loca a translatore Weatheimensi corrupta.
19. Georg. Lang. Gottlieb Heßii Observaciones similes.
20. Henr. Doloffi Diss. qua Iudaei de Dieu aphorismos theologicos falsos et erroneos repudat.
21. Car. Henr. Zeibichii Diss. de qua quaedam N. F. ex versione hysica illustrans.
22. Ioach. Kladen de lingua domini nostri Iesu Christi gloriosa, ad I. Cor. XV. 22-23.
23. Gustav. Georg. Zeltneri Diss. de subiectione Iesu Christi gloriosa, ad I. Cor. XV. 22-23.
24. Christian. Gottl. Joeheri Thoma Woodstoni de miraculis Christi paralogismorum examen.
25. Henr. Bilsaufngs Progr. de gradibus academicis.
26. Eiusd. Animaduersiones de מורה נבוכים ad gen. XII. 67.
27. Io. Vorstii Diatriba de adajis N. F.
28. Io. Casp. Haferungii Diss. de Bileamo incantatore et propheta periodico.
29. Io. Paychii Gryphus rabbinico-philologicus de schem hammechorjch.
30. Christian. Weisii Systema psalmonum metricum a cel. Anglo Franc. Hare nuper adornatum.
31. Adam. Grenzii Lucubratio theologica in locum Ioh. VII. 48. 49.
32. Christian. Gottl. Frid. Wolpsi Schœdasma de diuortio Iudaeorum, ad Math. XIX. 8. 9.
33. Io. Gottlieb Bosseckii Memoria ex aucto, ad I. Reg. X. 1. 199.
34. Io. Andr. Schmidii Diss. de regina ex aucto, ad I. Reg. X. 1. 199.
35. Eiusd. de elingatis mysterium trinitatis predicantibus.
36. Christian. Ern. Schmidii Diss. de promotione academica Iesu eiusq. angelis peperam tributa.
37. Ern. Reuschii Progr. Hymnus angolicus ex historia rituum Iacorum illustrat.
38. Christian. Bened. Michaëlis Progr. de Christo filio hominis.
39. Christian. Bened. Michaëlis Progr. de Christo filio hominis.
40. Eiusd. Oratio de Daniela, laudabili exemplo typos, triennis academici.
41. Io. Guil. Langii et Dan. Gottlieb Krügeri Epistola de iure vite ac necis, ad exod. XXI. 20. 21.
42. C. B. Michaëlis Diss. de duali aucto purgationis leprosi destinatis, eamundemq. mysterio, ad
43. Io. Georg. Leuid. XIV. 1-8.

43. Eiusd. *disq.* de lapidibz vivis fructibz in domum spirituales, ad 1. Petr. II. 5.
 44. ——— de viro stante inter myrtos, ad Zach. I. 7. 99q.
 45. ——— de tempestate maris a Christo miraculoso modo sedata, ad Matth. VIII. 23 — 27. 82.
 46. Aug. Christian. *Marche Specimen* iurisprudentia Pauli apostoli quoad rem tutelarem. Gal. IV. 1. 2.
 47. Car. Gottlieb. Mulleri *Oratio* de admirabili Augustana confessionis in animis hostium efficacia.
 48. Frid. Andr. Hallbaueri *progr.* de Nic. Christoph. L. B. de Synexer.
 49. Christian. Ludov. Schlichteri *Coment.* de abusibz quibzdam eucharisticis.
 50. Io. David. Koeleri *disq.* de Johanne Korymbona, famulo Calixtinorum in Bohemia pontifice.
 51. Christoph. Aug. Heumannii *Schediasmata* III. v) de coniuge Paulino, Phil. IV. 3. 2) de verbis S. Lucae act. XIII. 48. 3) de primis apostolis, iidemq. evangelistis, pastoribz Bethlehemiticis.
 52. Eiusd. *disq.* de origine vera traditionis falsa de Ioanna baptista.
 53. Io. Christian. Burmanni *disq.* de statu integritatis, quem Io. Coccius Marianism. ratabili tradit.
 54. Gottlob Frid. Seligmann de iis, quae circa receptam de sabbatho doctrinam a Io. Sam. Strycio in dubium vocata sunt.
 55. Christoph. Cellarii *disq.* de Pathmo Lutheri in arce Warteburg prope Iseracium.
 56. Paul. Antonii *disq.* de vita et doctrina Haymonis, Episcopi Halberstadenfis.

Godofredus Ludovicus Krüger
 Mulhufinus me sibi comparavit
 Quodemb. d. 12. Sept. 1791.

21. 1. P. 12. 996.

00

Gei

3.

Δ Δ Ι Δ Ο Υ Χ Ι Α Σ

IN

SACRIS AESCVLAPII

AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IVSTVS GODOFR. GVNZIVS

A. M. ET A. M. B.

KOENIGST. MISN.

ET

IO. FRID. GOTTLIEB RICHTERVS

PHIL. CVLT.

DRESD.

EXPOSITAS DISPVATABVNT

LIPSIAE XV. KAL. IANVAR.

M DCC XXXVII.

LITTERIS LANGENHEMIANIS.





Q. B. F. F. Q. S.

CAPVT I.

Ortus Aesculapii. Parentes et Patria. Meibonii sententia. Dares Phrygius contra Munckerum in annotationibus defensus. Magistri artis, a quibus Aesculapius edoctus. Spanhemii coniectura de nummo Abonoteichitarum. Emendatio Heinsii in Ouidio in dubium vocata. Vxoress Aesculapii et liberi Medicinae gnari. Phurnutus et Homeri Scholiastes tentati in animaduersionibus.

§. I.



In Aesculapii, numinis salutiferi, historia scribenda, cum quidem plurimum iam operae posuerint eruditorum non pauci: mihi tamen, de sacris eius scripturo, vitio verti posse, non puto, si, quae copiosissime ab aliis de natalibus Dei exposita fuerunt, breuiter strictimque dicam. Tres Aesculapios fuisse, Cicero A) memoriae prodidit: a quo quidem, licet reliqui fere omnes dissentiant, duos tantum memorantes, Aegyptium B) atque Graecum: his tamen tertium Phoenicium addit

A. 2

A) De Natura Deorum Lib. III. Cap. 22. p. 306. Ed. Dauisii, quem vide sis not. 3.

B) De hoc relatum legimus apud Clement. Alexandr. Stromat. Lib. I. p. 334. Ed. Colon. Memphitanum fuisse,

dit Damascius C), nisi credere praestet, ipsum vnicum Aesculapium, eumque Phoenicium asserere voluisse, id, quod Sanchuniathon quoque testatur apud Eusebium D). Et cum admodum sit verisimile, omnem diuinarum rerum scientiam a Phoenicibus Aegyptios, et ab his demum Graecos accepisse, probabilitate omnino non carent, qui pro fabula habent, quae de suo Aesculapio Graeci tradunt. E) Iam vero de Phoenicum pariter atque Aegyptiorum rebus, quae olim literis consignata sunt, pauca saltem fragmenta exstant, eaque fabulosa. Proinde satius esse puto, Graecos auctores sequi, qui ipsi integri ad nos perueniunt.

§. II. Inter Latinos Tarquitiu F) existimauit, Aesculapium incertis parentibus natum, expositum fuisse. Quod, si plurimum veterum heroum originem attente consideramus, obscurum esse non

fuisse, hominem in Aegypto, et hominum opinione Deum. Memphitanum quoque dicere videtur Ammian. Marcell. Lib. XXII. p. 228. Ed. Vales. 4. Fufius tamen ea disputauit Marshamius Canon. Chron. p. m. 47.

C) In vita Isidori apud Photium Biblioth. Cod. CCXXXII. p. 573. Ed. Hoefschelii. *Ὅτι ὁ ἐν Βηρυτῶν Ἀσκληπιὸς ἐκ ἐστὴν ἑλλην, εἰδὲ αἰγυπτίος, ἀλλὰ τις ἐπιχώριος φοινίκης.* Haec quidem verba ad Cicer. loc. cit. adduxit Cl. Dauisius, et ante illum Ill. Spanhemius Ep. I. ad Morell. p. 69. seq. Ceterum, quae de Sadyco, quem Sanchuniathon Sydycim vocat, eiusque filii Cabiris Damascius affert, eadem sunt, quae illa apud Eusebium.

D) Praep. Euang. Lib. I. Cap. X. p. 37. D. p. 39. B. De quo Aesculapii ortu conferri meretur Marshamius loc. cit. p. 39. seq. et Huetius

Demonstr. Euang. p. 187. Ed. Lips. ostendit, in Phoenicia primum diuinum cultum Aesculapio praestitum fuisse.

E) Ita sane expressè dicit Cl. le Clerc dans son Histoire de la Médecine Part. I. Chap. VIII. p. 22. et 51. Nec dissentit Cl. Schultzius Hist. Med. Period. I. Sect. II. Cap. III. §. 2. p. 116. et §. 8. p. 125. Sed alia plane via incedit Meibomius, quo ad vnum referat, quae de bipis, Aegyptio nempe et Graeco feruntur, quem vide sis in Comment. in Iusur. Hipp. Cap. V. p. 39. Et cum vni tribuunt Scriptorum plerique, quae passim in duobus illis laudantur, sane non est, cur cum Cl. Goelicke Hist. Medic. Period. II. p. 172. intercedamus, quo minus Graecus cum Aegypto confundatur.

F) De illustr. Viris apud Laclant. de falsa relig. Lib. I. Cap. X.

non potest, cur Graeci omnes stupri, Coronidi illati, auctorem Apollinem faciant. de quibus Dei parentibus ita est apud Homerum: G)

Medicum morborum, Aesculapium incipio canere,

Filium Apollinis, quem genuit Dia Coronis.

Idem matris nomen, quae Phlegyaë filia fuit, antiquissimi quique prodiderunt. et recentiores prope omnes sunt, qui eam Arfinoem filiam Leucippi statuunt. H) Tuetur autem eos Meibomius I), et Aesculapium Messenium facit, quod eius regni partem, ex materna haereditate acceptam, liberi Aesculapii tenuerunt. In quo, cum ipsos Messenios secutus est, qui, Pausania K) auctore, apud se natum Aesculapium dicebant, Homeri L) locum, ad quem prouocat, attente considerasse non videtur. Nam Thesaliae populos ibi recenset, non vero Messeniae. et quamuis Ithomen et Oechalia Messeniae quoque vrbes fuerint, hic tamen de Thesaliae vrbebus Homerum loqui, Strabo M) copiosissime exposuit.

G) Hymn. in Aesculapium Tom. II. Ed. Bergl. p. 552.

Ἰητέρα νοσῶν Ἀσκληπιῶν ἀρχοῦ
αἰθέων.

Τὸν Ἀπόλλωνος, τὸν ἐγένετο δῖα
Κορωνίς.

διῶν non frustra vocat Homerus, sed videtur respicere ad diuinum cultum, quem, teste Pausania Lib. II. p. 137. Ed. Kühnii ligneo eius signo in Minervae fano praestabant Sicyonii. Eundem honorem matri Aesculapii Pergameno habuisse, obseruat Harduinus de Numm. Popul. et Urb. p. 390. et firmat Spanh. Epist. III. p. 213. Onidius Fast. Lib. I. v. 291. Nympham eam vocat, et licet de Coronidis nomine inter omnes conueniat, Phoronidem tamen dicit Diodor. apud Euseb. Praep. Euang. Lib. II. p. 57. A.

H) Meminit huius rei Pausanias, et ex Pythiae responso negat, Lib. II. p. 171. Fufius tamen eam exponunt Critici veteres ad Pindarum Pyth. Od. III. v. 14. p. 216. Ed. P. Steph. et satis probabiliter concludunt, Arfinoem, virum nondum expertam, Coronidem appellatam fuisse.

I) In Iusur. Hippocr. Cap. V. p. 36.

K) Lib. III. Cap. III. p. 284.

L) Iliad. β. in Nauium Enumerat. v. 236. seqq. Tom. I. p. 55.

M) Lib. VIII. pag. m. 498. seq. Ipsum Homeri locum ibi adducit, qua occasione de Tricca, Ithoma et Oechalia disputat, quarum secunda idem ac Messeniaca nomen habeat, tertia vero cum in Euboea, et in Arcadia, tum in Messenia sita sit. Conf. ὁ μακροῦτης Cellarius Geogr. Antiqu.

posuit. Et cum probabile est ex Geographo N), Phlegyam Gyrtoniis imperasse, omnia cum verbis Homeri optime conueniunt, quem in antiquis ritibus atque historiis testem fide dignissimum vocat Dionysius Halicarnassens O). Nam Dotius campus, in quo natum Aesculapium Poëta memorat P), Magnesia propinqua ponitur a Strabone Q): vnde, siue Pindaro R) fidem habeamus, qui Deum a Patre Apolline e flammis ereptum prodit, siue cum aliis, expositum ibi credamus, et a venatoribus repertum, facile fuit utrisque, puerum tenellum Magnesio Centauro tradere, qui in propinquo monte Pelio habitabat. Quod vero alii scriptores Tricca, S) alii in Thelphu-

lio

Antiqu. Tom. I. p. 1191. Falli autem videtur Cl. Schultzius Hist. Medic. Period. I. Sect. II. Cap. II. §. 7. p. 82. dum existimat, Homerum d. I. ipsum Aesculapium regionis illius regulum dixisse. Nec subscribere possum Cl. Munckeri sententiae, qui in annotat. ad Hyginum Fab. 97. in Darete Phrygio Cap. XIII. p. 167. Ed. Argent. pro: ex Tricca, Attica rescribit, cum tamen Podalirius et Machaon, vel Homero auctore, ex Tricca venerint, et Dictys Cret. Lib. I. Cap. XIII. Triccenfes eos vocauerit.

N) Lib. VIII. p. m. 503. Hinc forte factum est, ut Gortyne, quae vrbs Arcadiae fuit, natum crederent Aesculapium, cuius tam celebre sanum, signumque ibi exstabat, ut Gortynii inde nomen haberet, prout id testatum fecit Pausanias Lib. II. Cap. XI. p. 137. et Lib. VIII. Cap. XXVIII. p. 658.

O) Antiqu. Romm. Lib. VII. p. 476. Ed. Lips.

P) Hymn. in Aescul. loc. cit. Conf. III. Ez. Spanhem. ad Callimach. p. 682.

Q) Loc. cit.

R) Pyth. Od. III. v. 76. pag. 220. Gemina his sunt, quae Ouid. habet Metam. Lib. II. v. 628. Sed Mercurio hoc officium assignat Pausanias Lib. II. Cap. XXVI. p. 171.

S) Strabo Lib. XIII. p. m. 744. ἕτερος δ' ἐστὶ Ληδαίος ὁ ἐν Γορτύνη, καὶ ὁ περὶ Τρῆκων, ἐφ' ᾧ ὁ Ἀσκληπιὸς γεννηθῆναι λέγεται. Quae vero Eusebius Praep. Euang. p. 124. excitat, ipsius Aesculapii verba, plane non efficiunt, Triccentem Aesculapium esse, quod ille credidit. Fuit autem Tricca celebris Thessaliae vrbs, et sano Aesculapii clara, quod d. I. Strabo memorat: hinc lacunam, falso apud Pausaniam credam, explere voluit Casaubonus, contra quem tamen recte disputat Cl. Kühnius ad Pausaniam p. 284.

fio agro T), reliqui in monte Titthio apud Epidaurum V), Aesculapium expositum narrant, ego de primis ibi datis scientiae Medicinae documentis accipio. Quae vero a matre expositus fata habuerit, de iis alibi commodior dicendi locus erit.

§. III. Obseruasse iam suffecerit, Aesculapium sublatum, Chironi alendum formandumque traditum fuisse X): etsi alii, Galenum secuti Y), contendant, Patrem Apollinem medendi artem pariter ac reliquas, quibus praeesse credebatur, Aesculapium edocuisse. Quod, licet penitus negare ego non velim, crediderim tamen, Ill. Spanhemium, in exponendo Abonoteichitarum nummo, nimium forte ingenio indulgisse. Z) Cum enim cuius esse videatur in memoriam aduentus vtriusque numinis, A) fraudem faciente impostore Alexandro, nihil sane est, cur incolae institutionem Aesculapii, a Patre factam, repetere voluerint: quin potius videntur anguem, vtrique Deo sacrum, ideo tantum in nummo signandum curauisse, quoniam vtriusque numinis opem auxiliumque experti erant. Et eo magis vereor, ne humani aliquid passus sit Vir maximus, quo certius est, eum, non de medica arte, quod cum Cl. Vinckio B) quidam crediderunt, sed de diuinandi et augurandi scientia, cui certe hic locus esse non potest, rem accepisse. Ad Chironem vero, siue ipse Apollo C)

T) Pausanias Lib. VIII. Cap. XXV. p. 651. vbi de voce ἀναθεσθαι non conueniunt interpretes.

V) Auctor demum Pausanias est, Lib. II. Cap. XXVI. p. 170.

X) Tarquitijs de Viris illustr. apud Lactantium loc. cit.

Y) Introduct. vel Medic. Cap. I. si alias Galenus auctor est, de quo dubitatur. Nam in Method. Med. Lib. I. Cap. I. quem locum Meibomius in testimonium citat, frustra id quaeret Lector.

Z) De Praest. et Vsu Numism.

Tom. I. p. 217. Conf. ὁ μακροχρῆστος Cellarius Geogr. Antiqu. Tom. II. p. 313.

A) Lepidissima Luciani fabula est, qua impostoris Alexandri fraudes narrat, quibus Abonoteichitis illufit. Legas ibidem inter alia vaticinium: ὡς ἀντίπα μάλα ὁ Ἀσκληπιὸς σὺν τῷ πατρὶ Ἀπόλλωνι μέτεισιν εἰς τὸν πόντον καὶ καθέξει τὸ τῷ Ἀβώνῃ τείχος. Pseudomant. Tom. I. p. 753. Ed. Graeu.

B) Amoenit. Philol. Med. Sect. I. Cap. I. §. 13. p. 25.

lo C) detulerit Aesculapium, siue venatores, a quibus repertus esse dicitur D): certum tamen est, quod communis ille Heroum Graeciae praeceptor, et sapientissimus Philosophus E), Aesculapio Herbariam Medicinam F), et vulnera vlceraque curandi rationem G), nec non bonas quascunque artes exposuit. H) qua scientia instructus ad Apin Aegyptium venit, indeque doctior ad Graecos rediit. I) Contendunt vero et alii, eum cum Iasone, Hercule aliisque condiscipulis in Colchida traiecisse, quod, qui scripserunt, tanta sunt in varietate, vt eorum mole-

stum

C) Pindarus loc. cit. v. 79.

D) Refert id ex Apollodoro *πρωτο* Theodoret. Serm. VIII. de Martyribus p. 595. Tom. III. Ed. Sirmondi. vnde fortassis Tarquitijs quoque hausit apud Lactant. A. I. Pausanias vero, qui eandem historiam refert, venatorum loco pastorem substituit, de quo infra videbimus.

E) *Φιλόσοφος* simpliciter dicitur Tzetzae Chil. VII. Hist. 94. et 93. inter Poet. gr. vet. Col. Allobr. 1614. Tom. II. p. 372. 373. Sapientiam vero eius laudauit Hermippus Berytius apud Clem. Alex. Strom. Lib. I. p. 356. Theodor. Serm. XII. p. 670. Tom. III. et Plato de Republ. Lib. III. p. 391. Tom. II. Ed. Steph. Proinde primus mortales iustitiam docuit, iniuriurandi formulas, Deorum sacra, et coeli figuras, vt est apud Clem. Alex. loc. cit. et Pindar. Pyth. Od. VI. v. 20. seq. p. 282. vbi consulat velim Scholia. Maximus Tyrius Diff. XVIII. p. 186. Ed. Heinssii, testatur, Chironem toti humano generi, corporis aequae ac animi morbis medendo, maximam vtilitatem praestitisse. Musarum ge-

nerationes idem nouit, prodente Euripide Iphig. in Aul. v. 1066. et constat ex eodem Tragico ibid. v. 926. quod pietati potissimum studuerit Chiron, quo motus fortassis Nic. Heinssius sanum, vt videtur, Ouidij locum Fast. V. v. 379. tentauit, et pro minus pijs reponere voluit.

F) Medica Chironis scientia fusi- us inferius explicabitur. De *βουτανική* vero legimus apud Plutarch. Sympos. Lib. III. Quaest. I. p. 647. A. Tom. II. Ed. Frf. 1620. et Tzetzen Chil. VII. Hist. 94. vt reliquos sileam, de quibus vide sis τὸ πρῶτον Fabricii Bibl. Graec. Vol. I. p. 13.

G) Legas velim de hac Chironis arte disputantem M. Aurel. Severinum de efficacia Med. Lib. I. Cap. II. quamuis Chironi adscripsisse videatur, qua Aesculapium afficit, laudem Pindarus Pyth. Od. III. v. 83. seqq.

H) Ita tradidit Xenophon de Venat. Cap. I. §. 2. p. 101. Tom. X. Ed. Oxon. 8. *Καὶ ἐγένοντο αὐτῷ μαθηταὶ κινησαμέντε καὶ ἑτέροις κελῶν, Κέφαλος, Ἀσκληπιός.*

I) Vide haec exponentem Meibomium loc. cit. p. 39.

stum sit, dinumerare sententias. Saltem coniiicere inde licet, quo tempore vixit, et plurima artis specimina edidit, proximo capite recensenda.

§. III. Dicamus adhuc de liberis Aesculapii atque vxoribus, quarum plures ipsi fuerunt, quod veteres putarunt superstitiosi. K) Ex antiquioribus Pausanias L) et Phurnutus M) aiunt, Epionem vxorem Aesculapii fuisse. Lampetiam, quae Solis

K) Non enim contrarium esse existimarunt Deorum naturae, venereis rebus operari, vnde Martianus Capella de Nupt. Philol. Lib. I. p. 2. Ed. Grot. Aesculapio quoque non dispar affectio: similique persuasionem transduci Ope coniuga, Cybeleque permulsa, moestissimum seniore Deorum. vti distinguenda verba credidimus.

L) Lib. II. Cap. XXVIII. p. 177.

M) Operae pretium erit, ipsa Phurnuti verba adscripsisse: *Ἀέσκλαπιό δ' ὁ χειρῶν τέτροφόνος τὸν Ἀσκληπιόν, κωντοῖς τῆς ἰατρικῆς θεωρημασι τῶ Ἀσκληπιῶ, ἠπιόνῃ, τῶ ὄνοματός ἐν ἀργῶς εἰς τὸν μῦθον παρελημμέναι.* de Nat. Deor. Cap. 33. p. 230. in Opusc. Mythol. Th. Gale Amstel. 1688. 8. Hinc factum est, vt recentiorum plures Aesculapium a Chirone quidem nutritum, ab Epione vero medicinam edoctum statuerint, licet idem narranti Gyraldo Syntagm. VII. suspectus iam locus fuerit. Verior sine dubio lectio MS. *θεωρημασι ἠσκημέναι τὴν τῶ Ἀσκληπιῶ ἠπιόνῃ*, est vel sic scrupulus reflet: negare enim videtur, medica scientia imbutum esse a Chirone Aesculapium. Hinc aliquando audentior cogitavi: *θεωρημασι ἠσκη-*

μέναι. ἢ τῶ Ἀσκληπιῶ ἠπιόνῃ, τῶ ὄνοματός ἐν ἀργῶς εἰς τὸν μῦθον παρελημμέναι. Saltem Iouem lapidem iuratum, ita vertendum totum locum esse: Dicitur vero Chiron educasse Aesculapium, eumque medicae artis principia docuisse. Vxor Aesculapii Epione, quod nomen non frustra in fabulam receptum est. Qui pro vulgata stant, videntur respicere ad Chironis filiam, quae Hippo dicitur, et quam patriam scientiam tenuisse Clem. Alex. Strom. Lib. I. p. 306. refert. *Ἰππῆν* eam vocat Cyrill. contra Iulian. Lib. III. p. 134. Ed. Spanh. nec, puto, diuersa fuit ab altera, Ocyroë dicta, quam Iouis ira in equam conuertit, canente Ouidio Metam. Lib. II. v. 655. seqq. vbi concludit:

-- nomen quoque monstra dedere. Hanc vero eam esse, quam Hipponae nomine plerumque antiqui coluerunt, quasi curam haberet equorum, sere adducor, vt credani. Conf. Interpretes Iuuenalis ad Sat. VIII. v. 157. et Reinel. ad Rupert. p. 494. Epionem vero Aesculapii, Hercules filiam fuisse, crediderim potius quam Chironis, et mentionem eius faciunt praeter iam memoratos Scholiast. Pindari ad Pyth. Od. III.

Solis filia fuerit, Scholia in Aristophanem N) appellant, ut eostaceam, qui, Hygeae nomen fuisse, contendunt. Longius tamen, quod puto, a vero recedit auctor Scholiorum in Homerum O), qui Machaonem vocat: „Filius Aesculapii et Arsinoes, vel Coronidis: secundum quosdam vero, Esiones Meropis, et Hesiodo auctore Xanthinoes.„ Quodcunque autem uxori nomen fuerit, suscepit tamen ex illa, ut plerumque narratur P), binos filios, Podalirium et Machaonem, et sex filias, Hygeam, Panaceam, Iaso, Aeglen, Acefo et Romen, quae omnes Patris artem calluisse dicuntur pariter ac filii, Troiana expeditione clari. Habent vero in his nominibus aequae ac Patris matrisque, quae ab artis utilitate indita sunt, quod veteres putarunt Q), quo in excutiendis horum locis et comparandis ingenii vires exerceant, vel operam potius ludant, nostrae aetatis Critici, quibus id lubenter damus negotii atque concedimus.

CAPVT

Od. III. p. 216. Suid. p. 66. Tom. II. Ed. Kusteri et Aberitarum, quam dicant, ad Hippocratem Epist. pag. 1274. Ed. Opp. Foessii, ex qua et Phurnuti loco Epionem pro Aesculapii filia habet, sed male, Brodaeus ad Antholog. p. 468.

N) Ex Hermippi Trimeteris senariis ad Plin. Act. III. Sc. II. v. 701. Ed. Kusteri.

O) Iliad. d. v. 193. Τὸν Ἀσκληπιῆς καὶ Ἀγενωρὶς ἢ Κορωνίδος· κατὰ δὲ τινας, Ἡσιονὶς (forte Ἡριονὶς) τῆς Μεροπὸς· κατὰ δὲ Ἡσιόδου Εὐανθωρὶς. Coronidem uxorem quoque vocat Hyginus Fab. LXXXVII. pag. 89. Ed. Schefferi, et Nonnus Dionys. L. V. p. 152. v. 18. Ed. Falkenburgii. 8. memorat, Aesculapium Agenoridis filiam, cuius tamen non constat no-

men, duxisse, id, quod videtur pertinere ad Tyriorum regem, de quo vid. Plutarch. Sympos. Lib. III. Quaest. I. p. 647. A.

P) De filiis et quinque prioribus filiabus dubium non est. Saltem de sexta, Rome, vel Roma dicta, nondum confecta res est. Videantur tamen de hac quidem Meibomius loc. cit. p. 54. et de reliquis Scholia in Aristoph. d. I. Suidas loc. cit. et Plinius Lib. XXXV. Cap. XI. vbi conf. Harduinus, quem etiam consulat de Numm. Antiq. Popul. et Urb. p. 210.

Q) Vide sis laudatum locum Phurnuti, Suidam Tom. I. p. 351. voce Ἀσκληπιίδης, et Tzetzen Chil. VII. Hist. 97. pag. 372. et 349. pag. 436.

IN SACRIS AESCVLAPII

II

CAPVT II.

Aesculapius Deusne origine an consecratus? Viriusque sententiae argumenta expensa. Aesculapius morbo pectoris exstinctus. Hinc fabula de fulmine tacto. Consecratus ob merita. Scientia Medica Aesculapii.

§. I.

Iam transactum est, Aesculapium, coelesti femine oriundum, a Chirone Centauro alitum fuisse, et Medica scientia imbutum. Quare necesse est, vt diuinitatem eius anquiramus, et quo quidem meruerit pro Deo coli. Disputatum enim iam antiquitus est, Deusne origine fuerit, an ob heroica facta, sollemni consecratione in eorum numerum relatus? R) Totus in hoc Pausanias S), vt ex Homeri T) loco perpetuam Aesculapii diuinitatem prober, in quo tamen non obtinet, quod censent Doctissimi Viri V), quia clarum est ex Poetae verbis, Machaonem virum, nec Dei, nec Semidei, sed medici filium vocari. Validius fuisset argumentum, flamma expositi Aesculapii caput ambiens, de qua ita est apud eundem Pausaniam X): „Inuentum vero puerum quum tollere cuperet, ac iam propius accederet, effulsisse aiunt coelestem ab ipso ignem: quo deteritum, prodigio pastorem, quum diuinum quiddam id esse, vti erat, suspicaretur, statim retrocessisse, quo et illud pertinet, quod e matris rogo a Patre Apolline vel Mercurio ereptus est: de ignis enim virtute, vbi de fulmine tacto sermo erit, dicemus. Arnobius

R) Testatur id quidem Galeus Orat. suatoria ad bonas artes Cap. VIII. p. 10. Tom. II. Ed. Charter.

S) Lib. II. Cap. XXVI. p. 172.

T) Iliad. d. v. 193.

V) Confutauit hanc sententiam iam antiquitus Theodoret. Serm. VIII. de martyribus p. 596. C. Tom. IIII. Ex recentioribus vero elegantissime doctus Schwartzius in

Diff. de Aesculapio et Hygea, Diis Φιλανθρωπις pag. 42. Altorff. 1725. Cel. Schultzius Hist. Medic. p. 117. et Cl. Vinkius loc. cit. p. 29. seq.

X) Lib. II. Cap. XXVI. p. 171. εὐρέντα δὲ ἐπιθυμήσας τὸν πόδα ἀνελθεῖν, καὶ ἰὸς ἐγγυῖς ἐγένετο, ἀερίτην εἶδον ἐκλαμψασαν ἀπὸ τῆς παιδὸς νομισαντα δὲ εἶναι θεῶν τι, ὡσπερ ἦν, ὁπετραπέδοι.

Arnobius Y) quoque ait: „Coronidis filius sit, vt vultis, ex im-
mortalium numero, et perpetua praeditus sublimitate coelesti. 22.
Nec aliter sentit Ouidius Z), Ocyroes vaticinium recitans:

Equo Deo corpus fies exsanguis: Deusque,

Qui modo corpus eras: Et bis tua fata nouabis.

Vt, quae in Galeno passim vestigia exstant, non memorem.

§. II. Neque tamen id constiterit cum Ethnicorum Theo-
logia, qui Semideorum corpora mortalia esse putabant, ut Dio-
nysius Halicarnassensis A) testatur, qui et Aesculapium inter eos
refert. Hermes Trifnegistus Apuleio interprete B) ait: mun-
danum Aesculapii hominem, id est, corpus, in templo, quod in
monte Libyae ei consecratum est, iacere: vnde Augustinus C)
efficit, Hermetem Aesculapium hominem vocasse. Multum
huc facit fulminis poena, a Ioue irrogata: mors enim, quod
omnes norunt, certissimum humanitatis argumentum est. Quod
si autem veteri auctori Commentarii in Iusiurandum Hippocra-
tis fidem habeamus, mortalem Aesculapii partem Iupiter fulmine
retigit, quo alteram immortalem in coelum eleuet, vt pluribus
id illustrauit excellentissimus Meibomius. D) Et fuisse hanc
veterum Ethnicorum de apotheosi heroum sententiam, in Her-
cule obseruamus, cuius paternam partem, rogo coelesti igne
accenso, in coelum reuocauit Iupiter, terrestrem flammis pur-
gavit, docente Ill. Spanhemio ad Callimachum. E) Si autem,
remotis

Y) In Disputat. aduersus Gentes.
Lib. VII. pag. 147. Ed. Elmenhorst.
Hamb. 1610. fol.

Z) Metam. Lib. II. v. 647.

A) Antiqq. Romm. Lib. VII. p.
478.

B) De Natura Deor. ad Aesclepi-
um p. 99. Ed. Elmenhorstii.

C) De Ciuitate Dei Lib. VIII.
Cap. XXVI. p. 81. Tom. I. Ed. Frf.
1661. 4. c. Comment. Viuis et Co-
quci.

D) Legas, si placet, auctoris ver-
ba apud Doctissimum Meibomium
loc. cit. p. 42. et quae ipse doctissima
ibi assert de fulguritis. Integram
tamen erit, locis ab ipso citatis ad-
dere Iustin. Mart. Apol. II. pro Chris-
tianis p. m. 67. et Cl. le Clerc loc.
cit. p. 43.

E) Tom. II. p. 241. Ceterum
eiusdem rei meminerunt praeter
ibi excitatos Diodor. Sic. Lib. IIII.
pag. 243. Ed. Rhodom. Theocrit.
Idyll.

remotis fabulis, de vero mortis genere dispiciamus, absonum sane non est, eum peripneumonia vel pleuresi vitam finivisse: vnde Heraclitus F) ait: „Magis tamen rationi consentaneum fuerit, si dicamus, celebrem in medicina, medicinae dignitate aucta, feбри correptum obiisse. Quare propter illum aestum fulmine taclum dicunt. Et his optime respondent, quae Pindarus G) habet, respirationem Aesculapio ademtam fuisse. Sed, quod Iouis fulminatoris iram in se concitavit, reum Aesculapium agunt turpissimi quaeestus, vel cuiuscunque facinoris H), ob quod ad inferos a se detrusum reuocavit postea Iupiter, et in Apollinis gratiam, Ophiuchi nomine imposito, inter astra collocavit. I)

§. III.

Idyll. 24. v. 81. Cicero de Nat. Deor. Lib. III. Cap. XVI. p. 285. et Lucian. Tom. I. p. 207.

F) De incredibil. Cap. 26. p. 78. in Opusc. Mythol. Th. Gale. *εἰη δ' αὖ πιθανώτερον εἶτω ἰατρικὴν νόσος, καὶ ὑψώσας, αὐτὸς ὑπὸ πυρρῆ φλεγμαίνης ἴλητο. ἴσθαι δὲ τὴν φλεγμονὴν αὐτὸς ἰερακωνοθήναι λέγεται.* Suidas Tom. I. p. 352. voce Ἀσκληπιάδης ex Aeliano docet, pulmonum inflammatione correptum obiisse, de quare conf. le Clerc d. I. p. 43. et p. 173. n. 24. et Cl. Vink. p. 32. De reliquo hanc de fulminato Aesculapio historiam inter fabulas iam retulit Sextus Empir. adu. Grammat. Lib. I. Cap. XIII. p. 271. Ed. Fabric. Socrates vero Aesculapium fulmine taclum iurasse dicitur a Theophilo ad Autolyce. Lib. III. p. m. 118.

G) Pyth. Od. III. v. 100. p. 221.

— — Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων
 Πύθωνος δι' ἀμφὸν ἀμνηκὸν
 Στέρνων κατέβηεν
 Ωκείως.

H) Notior quidem haec fabula est, quam vt multis illustrari debeat. Egrege iam perfuncti sunt hoc munere Gyraldus loc. cit. Meibomius ad Hippocr. pag. 42. le Clerc Part. I. Liv. I. Chap. XIII. p. 43. Salt Cellarius Antiqq. Medic. Cap. II. §. 2. p. 6. et Vinkius Sect. I. Cap. I. §. 15. p. 31. Maxime tamen memoratu dignum est, quod dicitur auro victus esse, vt contra naturae leges mortuos resuscitauerit, de quo legi meretur Pindar. I. c. v. 105. seqq. p. 221. et quae ibi habet Scholiastes, Clem. Alex. Admon. ad Gent. p. m. 18. et Arnobius Lib. III. p. 84. ex Pindaro. Contrarium plane legas in Epist. Graec. p. 158. Ed. Cuicilii.

I) Sic quidem fabulam narrat Eratosthenes Catasterism. VI. in Opusc. Mythol. p. 103. *λέγεται δὲ εἶναι Ἀσκληπιὸς, ὃν Ζεὺς, χερσὶ μανὸς Ἀπόλλωνι, εἰς τὰ ἀστὲρα ἀνήγαγε.* Alii enim id ipsius Apollinis auctoritate contigisse aiunt. Conf. III. Spanhem. Epist. III. ad Morell. §. III. p. 219. seqq.

§. III. Firma tamen est eorum sententia, qui ob maxima Aesculapii in genus humanum merita; diuinis eum honoribus affectum esse, existimant. Sunt autem sacratarum legum verba „apud Ciceronem K): „Diuos, et ollos, qui coelestes semper „habiti, colunto: et ollos, quos endo coelo merita vocauerint, „Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Qui- „rinum. Et locuples quoque testis est Celsus L), qui in Deo- „rum numerum receptum ait, quoniam adhuc rudem et vulga- „rem hanc (Medicam) scientiam paulo subtilius excoluit: cuius tamen inuentionem ipsam tribuunt Aesculapio Hermes M) atque Lactantius. N) Diodorus Siculus O) auctor est, Aesculapium Chirurgiam inprimis, et medicamentorum confectiones inuenisse, herbasque scrutatum esse: vnde facillimam eius curandi rationem Pindarus laudauit P), et diuinam vocat Galenus Q), qui et Gymnasticas R) potissimum auctorem Aesculapium statuit, quibus omnibus obtinuit, vt diuinis honoribus dignus haberetur. Neque vero Historicis de tempore consecrationis conuenit. Nam Clemens Alexandrinus S) ex Chronologia Apollodori docet, quod a tempore, quo Argos Herculis imperio subiecta fuerit, ad ipsius et Aesculapii consecrationem triginta

K) De Legg. Lib. II. Cap. VIII. p. 109. Ed. Turn. Par. 1557. 4. Conf. Cicero de Nat. Deor. Lib. II. Cap. XXIII. p. 163. Xenophon de Venat. Cap. I. §. 6. p. 102. Ed. cit. et Theodoret. Serm. III. de Angelis Diis Tom. III. p. 310.

L) De Medic. Praef. Lib. I. p. 1. Hinc Auson. ad Syagr. v. 13. — genitor studuit medicinae, Disciplinarum quæ dedit vna Deum.

M) Loc. cit. Conf. Cl. Schwartzius d. I. §. XII.

N) De falsa relig. Lib. I. C. XVIII. Vide sis Galen. Introduct. Cap. I. et Achill. Tat. p. 263. Salmassii.

O) Lib. V. p. 341.

P) Loc. cit. v. 83. p. 221.

Q) In Orat. suafor. ad art. Cap. I. Tom. II. Ed. Chart. p. 3. et potissimum Introd. seu Medic. Cap. I. p. 361. Tom. II.

R) De sanit. tuenda Lib. I. Cap. 8. De Medica Dei scientia in genere vid. Philostr. Vit. Apoll. Lib. III. p. 132. Maxim. Tyr. Diss. XXVIII. p. 293. et XXX. p. 306. et Tertull. Apol. p. 24. Ed. Rigalt.

S) Strom. Lib. I. p. 322. vbi tamen Graecum cum Aegyptio confundit, notante Cl. le Clerc Liv. I. Chap. 8. et 20. Conf. Marsham. d. I. p. 44.

triginta octo anni effluxerunt : Alii vero cum Theodoro T) ex Homeri loco contendunt, huius temporibus nondum inter Deos receptum Aesculapium fuisse, id quod tamen inde effici posse, iure dubitamus.

CAPVT III.

Templa Dei et cultus. Signa eius praecipua. Qua specie factus? Instrumenta et animalia signis addita. Festa anniuersaria. Animalia Aesculapio sacra. Incubatio et Tabellae votiuae. Cognomina Aesculapii praecipua.

§. I.

Diuinitatem Aesculapii probant inter alia, templa, in cunctis ferme urbibus Asiae, et Europae magnifice exstructa: quae quidem omnia recensere, uti nostri officii non est, sic egregie illo iam defunctum scimus Cel. Schultzius V). Quod tamen primum apud Epidaurios institutum sit Aesculapii cultus, unde Archias Aristaechni filius, conuulsione membrorum a Deo sanatus, Pergamum eius sacra derulerit, Pausanias X) docet: quo factum est sine dubio, ut plures Aesculapium Epidauri aut Pergami natum crediderint. Scimus Smyrnaeos cultum Aesculapii a Pergamenis Y), ab Epidauriis vero Romanos Z) acce-

T) Serm. VIII. de Martyr. pag. 596. C. Tom. IIII.

V) Hist. Medic. Period. I. Sect. II. Cap. IIII. §. VI. p. 118.

X) Lib. II. Cap. XXVI. pag. 172.

Conf. III. Spanhem. Epist. IIII. p. 213.

vbi ex Aristide probat, cultum Dei

eum colonia, ab Aesculapio ex Graecia

deducta, Pergamum venisse.

Quod vero ibidem pag. 211. ex latina

inscriptione, cui graecam addere

possumus ex Grutero pag. M LXXIII. n. 5. et Galeni loco

colligit, Aesculapium patrium Pergami

urbis numen fuisse, in eo Viri

Illustris sententiae accedere non possum. Nam in binis Inscriptionibus Aesculapius non aliter Pergamenus dicitur, quam in nummis et lapidibus aliis Epidaurius, nec Galeni verba ad urbem, sed ad aedificium Pergamenum referenda sunt. Ceterum de Pergameno templo vide sis Galenum de Administr. Anatomi. Lib. I. Cap. II.

Y) Pausanias d. l. p. 172.

Z) Romani graui peste coacti, qua plurimi necabantur, inspectis Sibyllinis libris ex Graecia draconis forma Aesculapium arcesserant,

accepisse, cum vrbs pestilentia laboraret. In his potissimum vrbbus et in insula Coa A), et apud Aegaeenses B) celeberrima huius Dei templa fuerunt, ad quae maxima semper exterorum frequentia erat. Legimus apud Iulianum C), Aesculapium primum prope Epidaurum hominis forma conspectum esse. Hinc primis temporibus clara potissimum, ob Dei cultum, vrbs fuit, et sacra D) dicta, atque *αἰμηρα*, quod ara in templo Aesculapii continuo sanguine maderet. Tanti etiam artificii erat statua Dei, Epidauri conspicua, vt inter septem miracula numeraretur F).

S. II. Sed licet notum sit, Aesculapium stantem vt plurimum in monumentis cerni: nouimus tamen ex hoc Epidaurio signo G), et nummis pluribus, in throno quoque sedentem H), variis subinde

bant, de qua re diligentissime literis consignata vid. Linius, si is aliter auctor est, Epit. Lib. XI. Valer. Max. Lib. I. Cap. VIII. § 2. et 5. Aurel. Victor, vel qui alius auctor sit, de Vir. Illustr. Cap. 22. p. 107. Ed. Pitifici. De templo autem in insula Tiberina Plin. Lib. XXVIII. Cap. I. Plutarch. Quaest. Rom. p. 62. vbi Boxhorn. pag. 144. Lugd. Bat. 1637. quibus omnibus addas Spanhem. Tom. I. p. 217.

A) Strabo Lib. XIII. p. 755. Haec magni Hippocratis patria, vnde ipsi iniuria illata de raptis tabulis ex Aesculapii aede.

B) Vrbs haec Ciliciae, in cuius vrbs nummo apud Banduri Tom. I. p. 97. Aesculapius stans in templo quatuor columnarum. Vide Steph. Byzant. v. *αἰγάι πολλοί*. p. 32. Ed. Pinedo, qui ibi videndus.

C) Apud Cyrill. Lib. VI. p. 200. Ed. Spanh.

D) Plutarch. Pericl. Tom. I. pag. 161. D.

E) Steph. Byz. v. *Ἐπίδαυρος*, pag. 347. Ed. Berkelii.

F) Anonym. de incredibil. in Opuscul. Mythol. p. 86. Clem. Alex. Adm. ad Gent. p. 34. cum Iouis Olympii signo hanc comparat.

G) Pausan. Lib. II. Cap. XXVII. p. 172.

H) Talem in Smyrnaeorum nummo exhibet Doctiss. Mead de Numm. in honor. Medic. percuss. p. 52. quod ideo factum putat, quia *Ζεὺς Ἀσκληπιῖος* ibi coleretur, super quo tamen ipsum recte iam notatum inuenio a Cl. Vinkio p. 34. Sedentem quoque videas in nummis Bizyenensium et Mitylenaeorum, dextera pateram tenentem, qua serpentem pascit, de quibus vid. Vaill. Numism. Graec. loqu. pag. 161. et Montfaucon T. I. Pl. CLXXXVIII.

inde notis, seu, quod liberi carminis auctor vocat I), signis adiectis, pictum olim fuisse. Plerumque tamen stans fingitur, comatus et barba proluxa K), senili facie L), multumque Ioui similis M). Raro admodum nudus est N), nisi pectore ac dextro brachio, quo nodoso baculo innitur, quem

- - - serpens nexibus ambit O):
reliqua pallio recta sunt, composito, et in sinistrum brachium reiecto.

I) Priapei. Carm. VIII. v. 2. Ed. Schoppi Frf. 1606.

K) Loca huc spectantia adduxit iam, atque exposuit diligentissimus Meibomius ad Hippocr. p. 45. quibus tamen addas Minuc. Felic. Octau. Cap. XXI. §. 13. p. m. 74. et Petau. ad Synes. p. 30.

L) Bina Aesculapii pueri templa narrat Pausanias Lib. VIII. Cap. XXV. p. 651. et Cap. XXXII. p. 667. Imberbis quoque visitur in Musei Florent. Tom. II. Tab. XXV. n. 3. in nummo M. Aurelii apud Oisfel. Thef. select. numismat. Tabul. LXXVIII. n. 12. p. 420. si aliter re-
fle vidit Oisfelius, et apud elegantissimum Cuperum in Harpocr. p. 79. Ed. 4.

M) Iupiter plerumque in nummis, status atque geminis stans cernitur, senex, coma barbaque insignis, et lato pectore, quibus omnibus vix discernendus erit ab Aesculapio, qualis plerumque in antiquis monumentis occurrit. Vid. Bernh. de Montfaucon Antiq. Expliq. Tom. I. P. II. p. 284. et Doctiss. Gorius in Mus. Florent. Tom. I. p. 134.

N) Totum nudum, cum hasta pura, aliisque signis, eoque magis

Ioui similem exhibet laudatus de Montfaucon T. I. Pl. CLXXXVII. n. 3. p. 286. Apud Patinum de Numism. Imp. p. 241. in nummo Caracallae apud Ephesios cuso, nudus quoque stat, Solis tamen instar, vel Mercurii, pallio post tergum reiecto. Raro velato capite conspicitur, vti apud Cuperum in Harpocrate pag. 79. in Mus. Florent. Tom. II. Tab. XV. n. 3. et apud Erizzo Discors. sopra le Medaglie p. 544. vel caligatus, qualis in nummo est in Mus. Florent. Tom. I. Tab. LXVIII. vbi Gorius haec recte ad Medicorum habitum refert, qui, vrbes et regiones obeundo, Medicinam exercebant, modo, ab ipso Hippocrate in Lege probato, vnde Medici optimo vocabulo *μεγιστεύου* antiquitus vocati fuerunt. Conf. Buonaroti Ofservat. istor. sopra alc. Medag. antich. p. 126.

O) Baculum cum serpente aequae ac alia Dei signa, tanquam symbola artis Medicae copiosissime exposuit Meibomius ad Hippocratem Cap. V. §. 23. seqq. De serpentibus tamen legi quoque meretur Ill. Cuperus loc. cit. p. 59. Salom. Cellarius Cap. II. §. VI. p. 10. II. et Spanhem. ad Aristophan. p. 262. Deos, quibus

C

reiecto. P) Qua specie atque forma, vti veteres ipsum plerumque fingeant, sic etiam addita inuenimus aliquando medica instrumenta, Q) animalia varia R), aliaque S), quorum bene mul-

quibus sacri dracones fuerint, recenset Artemidorus Oneirocrit. Lib. II. Cap. XIII: Omnium Deorum symbolum eos dixit Iustin. Martyr Apol. II. pro Christ. p. 70. 71. et Lucan. Pharsal. VIII. v. 727. vbi videndus Oudendorpius. Diuinitatem draconibus tribuit Sanchuniathon apud Euseb. Praep. Euang. Lib. I. Cap. X. p. 40. et Plutarch. Tom. I. p. 824. A. indicat, cur veteres heroibus potissimum id genus animalia consecrauerint.

P) De pallio et reliquo Medicorum habitu legi merentur, quae Meibomius disputat ad Hippocratem p. 49. Notatu tamen dignum est, Aesculapium totum palliatum, et cucullo insuper tectum, qualem fere Titane fuisse, Pausanias testatur p. 137. in nummo conspici apud Erizzo loc. cit. p. 544. Vid. Tertullianus de Pallio p. m. 137.

Q) Cum pyxide vnguentaria cernitur apud Casal. de profan. Aegypt. rit. Cap. VII. cum ficila siue gladiolo chirurgico in nummis Smyrnaeis apud Cl. Mead. et cum specillo in Mus. Florent. Tom. I. Tab. LXVIII. n. 4. vbi de huiusmodi signis videatur Gorius pag. 135. Sphaeram ad pedes habet in nummo M. Aurelii Antonini, et in alio Caracalae, de qua legi merentur, quae habet Buonaroti in Offeru.

istor. sopra alc. Medagl. p. 201. cui medicinis asseruandis inferuisse videtur haec Sphaera, et Erizzo loc. cit. p. 620. qui eam pro globo terrestri habet.

R) Praeter draconem, qui aliquando totum corpus ambit, vnde Theodoret. p. 596. Tom. III. ἐπιλημένον αὐτῷ δράκοντα dicit, adflat interdum canis, ovis, gallus, aquila, anser et noctua, qualia videas apud Pausan. Lib. II. Cap. XXVII. p. 172. Plutarch. Tom. II. pag. 400. Casal. loc. cit. Spanhem. Epist. III. p. 216. Montfaucon. T. I. Pl. CLXXXVII. n. 3 et 5. et de Strada Numisin. Imper. p. 45.

S) Pausanias loco proxime citato, et pag. 134. testatur, se vidisse signum Aesculapii altera manu sceptrum, altera nucem pineam tenens. Sacrificans cum patera cernitur apud Bernh. de Montfaucon. Tom. I. Pl. CLXXXVI. n. 2. et cum oleae, quod videtur, ramo in nummo Hadriani apud Erizzo pag. 362. vbi pariter, ac in Mus. Florent. T. I. Tab. LXVIII. n. 1. laureatus, vel n. 3. diadematè cinctus, aut denique apud laudatum de Montfaucon. T. I. Pl. CLXXXVII. n. 3. corona radiata insignis est. Tandem et *ἰατροφύρα* Aesculapium sistit nummus Commodi apud Tentzelium select. numisin. p. 74.

multa ex nummis suppeditavit, magnum apud Anglos nomen, Richardus Mead T).

§. III. Festa anniuerfaria, quae Ἀσκληπεία, Ἀσκληπεία, et Ἀσκληπεία promiscue dici, illustris Spanhemius V) probat, pro suis quique ritibus celebrarunt. et clara prae aliis fuerunt Epidauria Athenis X,) alia apud Ancyranos, Pergamenos, et Epidaurios. Quae pariter, et illud apud Ceos peractum, quod Ἐλβδα ἀνάκληψιν vocabant, fufius Spanhemius disputavit Y). Ex animalibus Deo sacris, capram Z) potissimum, itemque gallos atque gallinas A), immo-

T) Dissertat. de numm. Smyrn. in honor. Medic. percuss. 1725. Ceterum, etsi solus saepe conspiciatur Aesculapius, ἄσκληπιος tamen vel πω-
 ἔσδοι non raro sunt Hygea et Telesphorus, itemque Minerua, et in nummis vrbium Asiae, Diana Ephesia, ne dicam de stella, quae ante ipsum aliquando cernitur, et de qua infra quaedam disputabimus, atque Hercule et Venere apud Cl. Haym. Tesoro Britann. Part. I. Vol. I. p. 270. Vol. II. Tab. XVI. n. 3 p. 246.

V) Epist. I. ad Morell. p. 46. 75. Conf. tamen et Sylburgius ad Pausan. p. 171.

X) Pausanias Lib. II. Cap. XXVI. p. 171.

Y) De prioribus in prima potissimum et quarta Epistola egit: de Coorum autem festo Epistola I. p. 69. cui addas velim, quae notauit Salomo. Cellarius Capit. II. §. VII. et Clar. Schultzius Period. I. Sect. II. Cap. III. §. XXVI. p. 137.

Z) De capra quidem vtplurimum ita res accipitur, et Seruius ad Virgil. Georg. II. v. 380. disputat, cur

Aesculapio immoletur, de qua re conferri quoque merentur Boxhornius ad Plutarchi Quaest. Rom. p. 154. et Meibomius ad Hippocr. p. 47. Pausanias tamen testatum fecit, nec apud Epidaurios, Lib. II. p. 172. nec apud Tithorenses, Lib. X. pag. 880. fas esse, capellam in sacris Aesculapii mactare, quod omnino etiam negat Sextus Empir. Hypotypof. Pyrrhon. L. III. Cap. XXIII. pag. 183. et cum Aesculapio et Telesphoro capella occurrit in Aegaeensium nummo apud Vaill. Numism. Graec. loqu. p. 120. 242.

A) Nemo facile fuerit, cui non ex Platonis Phaedone Tom. I. pag. 118. non autem ex Critone, quod Bernh. de Montfaucon videtur, Tom. I. p. 287. innotuerit, quod Socrates moriens, gallum se habere Aesculapio, qui soluendus esset, fassus est: cuius rei rationem suppeditavit Ficinus in Argumento ad Phaedonem, et Chartar. Imag. degli Dei pag. 75. Ed. Patav. 1615. Horum, non autem Platonis verba sunt, quae le Clerc attulit Part. I. Liv. I. Chap. XX. p. 62.

immolata nouimus, et comperimus ex Festo B), canem templo Aesculapii adfuisse.

§. IIII. Pausanias C) memoriae prodidit, in delubro Aesculapii apud Tichorenses, ad dextram simulacri lectum collocatum fuisse, in quo sine dubio aegroti infomnia capiebant, qui sollempnis tunc apud plerasque gentes mos erat. Έγκοιμιστιν γραιci auctores vocant, latini incubationem, quod aegri ab Aesculapio aliisque Diis medicae artis tutelaribus oracula seu *χρηματισμὸς* expectantes, super ouium pelles incubabant. D) Quibus acceptis, si conualuerant, votiuas tabulas suspendebant, seu donaria, quibus morbus plerumque et curandi quoque ratio perscripta erant, quod in Tiberina insula reperta, et a Mercuriali E) aliisque euulgata fragmenta docent.

§. V.

p. 62. et de quibus vide sis Cl. Schulzium Period. I. Sect. II. Cap. III. p. 147. Conf. Luciani Icaromenipp. Tom. II. p. 216. Artemidor. Lib. V. Cap. VIII. et Laur. Beger. Thef. Brandenb. Tom. III. p. 375. De Gallinis ex Festo pag. 189. Ed. Dacerii constat. et maxime ridiculum est, Pier. Valerian. Hieroglyphic. p. m. 287. ex copia pedum gallinaceorum in insula Tiberina sua aetate effossum collegisse, gallinis Aesculapio frequenter ibi sacra fecisse veteres. Vid. Meibomius p. 48.

B) Loc. cit. Conf. Boxhorn. ad Plutarchi Quaest. Rom. p. 144. Bochart. Hierozoic. Tom. I. pag. 663. Meibom. p. 47. et le Clerc pag. 59. qui rationes, cur additus Deo canis sit, diligenter perquirunt.

C) Lib. X. Cap. XXXII. pag. 879.

D) Originem huius ritus apud Daunios et Calabros exponit Lycophron Cassandr. v. 1050. seqq. ubi conferendus est Tzetzes pag. 113. et Menrsius pag. 88. Ed. Potteri 1697. Improbatur hunc curandi modum Cicero de Diuinat. Lib. II. Cap. LVIII. p. 273. Ed. Danif. et Synesius de infomniis p. 143. ait, domi quoque infomnia capi posse. Hippocrates in Epist. ad Philopoem. infomnia ideo ad Medicinam pertinere dicit, quia Apollo diuinationis et Medicinae auctor est. Exemplum huius incubationis videre licet in nummo Neronis, apud Erizzo pag. 220. Qui plura scire cupit, adeat Meibom. de incubat. in fanis Deorum Helmst. 1659. Brendelii Diff. περι την εγκομιστην. Viteb. 1701. laenichii Diff. de somniis salutaribus, et Phil. a Turre de Beleno, exist. in Monum. Vet. Antii p. 302. Rom. 1700. 4.

§. V. Sed facile est, ex his, aliisque priscis monumentis, numerum augere, quem de Aesculapii cognominibus apud Gyraldum F) inuenias. Ab Homero G) ἀνάξ dicitur, vel βασιλεύς H), ab Aristophane I) ἀνάξ θεσπότης. Augurem facit ex hoc lapide Anonymus K):

POSTHVMIVS ASTRENSIS
APOLLINI ET AESCVLAPIO
AVG. DD.

cum autem ego nesciam, an ipse alibi ita dicatur, licet diuinationibus praefuerit Aesculapius, quod Apollodorus L) ait, mallem Augustum interpretari, quod ipsum M) et alios Deos N) saepe ita cognominatos legi. Auxiliatorem cognomine Aesculapium Staius appellat O), Dominum seu κύριον verusti lapides apud Gruterum P). Synesius Q) Deum nostrum ἐνρετήν κρη

περ-

E) De Art. Gymnast. Lib. I. Cap. 1.

F) Loc. cit.

G) Hymn. in Aescul. v. 5. Reges proprie, solos Deos dici, Proclus ostendit in Theol. Plat. Lib. II. Cap. III. p. 103. Ed. Hamb. 1618. fol. et perpetuum fere id Iouis cognomen esse, inde clarum est, quod tam crebro rex magnus, maximus, vel ἀνάξ πάντων dicitur, et, quod Tzetzes ait, reges inde Iones vocantur.

H) Spon. Miscell. Erudit. Antiquit. Sect. III. p. 133. vide sis Spanhem. ad Callimachum pag. 588. et p. 751. et si nihil dicat de Aesculapio.

I) Aristophanes in Plut. Act. III. Sc. II. v. 748. Conf. Euripid. Hippolyt. v. 88. vbi videnda sunt Scholia et Barnesius. Spanhem. Preuv. des Remarques sur les Césars de Julien P. 54. et ad Callim. p. 4.

K) Sallengre Thef. Antiqq. Rom. Tom. III. p. 859.

L) De Diis apud Macrobi. Saturn. Lib. I. Cap. XX. qui pariter ibi legendus est.

M) Spon. Miscell. Sect. III. p. 117.

N) Apollo ita vocatur apud Berger. Tom. II. pag. 664. Mercurius apud Vrsar. Monum. Patav. p. 68. 117. Minerva ibid. p. 266. apud Rossi Memor. Brescian. p. 72. Bresc. 1693. 4. et apud Gudium Inscript. p. LI. n. 6. ac plures videas in Guirani Antiqq. Neumaufens. Lib. II. in Thef. Antiqq. Rom. Sallengre Tom. I. p. 1041.

O) Silu. Carm. III. Lib. III. v. 24.

P) Corp. Inscript. p. LXVIII. n. 6. et p. MVI. n. 1.

Q) Encom. Caluit. p. 76. A. Vid. Arnob. Lib. VII. p. 147. Meibon. p. 40. et Phalarid. Epist. I.

R) In

προσώπτην τῆς ἰατρικῆς vocat, Suidas R) autem ἔφορον eiusdem artis. Dei magni et legitimi cognomen legimus in Priapeis S), praestantis et sancti apud Arnobium T), et Nonnus V) Aesculapium ἰθμοῦ πολυφρεβέος τέχνης vsurpat. vt taceam, quod παῖρον X) seu παῖρον Y), et ἰατῆρ παῖρώνος Z) antiquis vocatus est. Tandem vero, et quod proprie mihi hic disputare constitutum est, δαδῶχος seu taedifer conspicitur in antiquis nummis, (etsi non ipse Aesculapius, sed thensam trahentes Centauri faces ibi ferant, Deoque prae luceant,) quos proximo capite proferendos ex prisca pariter ac recentioribus auctorum monumentis pro virili parte illustrabimus.

CAPVT

R) In voce Ἀσκληπιάδης Tom. I. p. 351.

S) Carm. XXXVII. v. 5. De Diis magnis, vti praeter Aesculapium vocantur Iupiter, Neptunus, Apollo, alique, legas velim Seru. ad Virgil. Aen. III. v. 12 et alios interpretes. Dionys. Halicarn. Lib. II. pag. 92. Apul. Met. XI. p. 272. Macrob. Saturn. Lib. III. Cap. III. et Kühn. ad Pauf. p. 281. atque de Medicis magnis Astorii Comment. in Antiqu. Alcmanis monumentum in Thef. Sallengre Tom. II. p. 790.

T) Lib. VII. p. 147. sanctum quod legas in veteri lapide apud Gudium p. XXXVI. n. 2.

V) Dionysiac. Lib. V. pag. 152. v. 18.

X) Vid. Cuperi Harpocr. pag. 79.

Y) Dissentiunt hic scriptores, vel eundem ac Paeonem Aesculapium statuentes, vel plane diuersum, quos ferme omnes diligenter recensit le Clerc Part. I. Liv. I. Chap. VII. pag. 20. addas tamen Iamblich. de Vir. Pythag. p. 171. Ed. Kusteri. Photium in Biblioth. p. 573. et Aristoph. Plut. Act. III. Sc. I. v. 636. vbi veteres Enarratores, et Spanhemius p. 259. conferri merentur. Παιῖρον vero Medicus dicitur, apud Eurip. Hippolyt. v. 1373. et παῖρώνος apud Suidam v. παῖρώνος Tom. III. p. 68.

Z) Sophocl. Trachin. v. 1215. Philostrat. quoque narrat pag. 109. 903. quod Pacana in eius honorem Athenienses cecinerint.

CAPVT IIII.

Nummi, in quibus Aesculapius a Centauris $\delta\alpha\delta\epsilon\chi\alpha\iota\varsigma$ vectus. Cur à Pergamonis cusi? Alia lampadum festa Aesculapio sacra apud Solenses et Abonoteichiras. Minerua Medica in annotationibus. Sententia Harduini de nummis alijs cum facibus.

§. I.

Prior, et maior nummorum, quos hic videndos damus, et qui potissimum nos mouit, vt de $\delta\alpha\delta\epsilon\chi\alpha\iota\varsigma$ in sacris Aesculapii aliquid commentaremur, vulgatus non modo est, sed etiam ita descriptus ab Ill. Spanhemio, atque expositus, vt, si voluissim doctos homines sequi, A) debuissim me omnino a scribendo abstinere. Quonquam vero mihi non sumo, vt, quae in mea causa dicam, doctiora et omnibus numeris absoluta esse debeant: tamen mihi dabunt eruditi, in nummis explicandis, etsi non copiosius exponantur, quae ibi occurrunt, diuersa tamen et probabiliora argumenta afferri posse. Vt igitur adgrediamur ad historiam, scire oportet, nummum, de quo sermo est, fuisse olim in Thesauro Antonii Guntheri, Comitis in Schwartzburg, vnde prolatus est ab Andrea Morello, doctiore profecto, quam dici potest. B) Sed, cum illi amicitia intercederet cum Ill. Spanhemio,

A) Meminerunt huius nummi pariter ac alterius, vel in sua quoque opera transtulerunt Doctissimi Viri, le Clerc pag. 62. Bernh. de Montfaucon T. I. Pl. CLXXXVIII. et Cl. Liebe in Gotha nummaria, pag. 436. qui omnes ad Spanhemii expositionem Lectorem ablegant, praeterquam de suo quod aliquid addunt. Vid. et ipse Spanhem. Epist. IIII. p. 228.

B) Publicauit cum cum alijs ra-

rioribus nummis in Specim. rei nummariae antiquae, quod primum Parisijs 8. 1683. prodiit, deinde auctius Lipsiae impressum est 1695. 8. Negligentius depictam iconem eiusdem nummi Spanhemius Tom. I. magni operis de Vsu et Praest. Numism. inseruit p. 282. Breuior enim baculus est, et sine angue implicito, neque corona in Aesculapii capite conspicitur.

mio, qui simili rei nummariae amore tenebatur, rarioris nummi expositionem Virum illustrem rogabat, quam ita, in Epistola quarta ad Morellum, eum dedisse nouimus.



§. II. In hoc nummo, hinc caput L. Aurelii Veri cernitur, cum Epigraphe : 'Αυτοκράτωρ Καίσαρ Λέκιος 'Αυγήλιος Ουήρος, illic Aesculapius est, pubetenus nudus, cum hasta, cui se anguis circumuoluit, et stans in curru, a binis Centauris vecto, qui faeces ardentes tenent. Verba adscripta sunt: 'Επί Στρατηγῆ 'Αυτολις Κρατιππε Περγαμηναῶν Δις Νεκώρων Β. Ex qua descriptione cum clarum est, quod vsitatus olim mos fuit, sacra Aesculapii facibus praelatis celebrare, tum, puto, maius pondus accedet ex altero,

altero, quem adposuimus, eiusdem vrbis nummo C), vbi duo pariter Centauri Aesculapium gestant in manu altera, altera tædas ardentis tenent. Et quamuis apud rei nummariæ scriptores plures nummi occurrunt, cum a Pergamenis, tum ab aliarum vrbium incolis cusi, in quibus et alia numina complura curribus vecta videas, faces præferentibus Centauris, vel Cupidine, et qui reliqui sunt modi, infra memorandi: tamen de Pergamenis tantum constat, quod hanc cultus speciem præstiterunt Deo salutifero, et in nummis signari curauerunt. Cum vero vel hinc manifestum esse possit, illa ætate præ aliis Pergamenum Aesculapium consultum fuisse, et magni habitum, quod æquales omnes scriptores testantur D): ex his tamen, aliisque monumentis prorsus egregia Spanhemius attulit E), vt singularem cultum, quo Medicum Deum F) prosequerentur Pergamini, probaret.

§. III. Sed nihil omnino dixit Vir doctissimus, cur hunc in primis nummum, cum Veri imagine, et Aesculapii sacris Pergameni

C) Hunc Caracallæ atque Getæ nummum primus in Thef. Brand. Tom. III. p. 135. protulit Bergerus, deinde Tom. I. egregii sui operis inseruit Spanhemius p. 282. et Tom. I. Pl. CLXXXVIII. Bernh. de Montfaucon.

D) Quod si ad ea, quæ supra de origine cultus Aesculapii apud Pergamēnos dicta sunt, atque sequentia animum aduerteris, facile constabit, Aesculapium maximos omnino honores apud Pergamēnos consecutum esse. In primis enim Philostratus Vit. Apoll. Lib. I. et III. et Artistas passim fufius exposuerunt, quantus ægrotorum concursus, ex tota Asia, ad hoc sanum fuerit, vt medela, per somnium ostensa, conua-

lescerent. Hinc Lucian. Icaromen. Tom. II. p. 205. hoc Aesculapii delubrum lepidè medicinam vocat, vti recte exposuit Clericus p. 63. Insigne Dei Pergameni simulacrum, a Philomæbo factum, memorat Diodor. in Excerpt. Valef. pag. 169. et hoc nomine Aesculapius a Martiale Lib. VIII. Epigr. XVII. et Statio Lib. III. Carm. III. Silu. v. 23. 67. laudatur. Conf. Doctiff. Olear. ad Philostr. p. 140. et le Clerc. loc. cit.

E) Epist. III. ad Morell. p. 212. seqq.

F) Hoc nomine cultus est Aesculapius Balanagris apud Cyrenæos, vt refert Pausanias Lib. I. Cap. XXVI. p. 172. vbi et Theauri custoditi meminit Tacitus Annal. XIII. Cap.

D

gameni signauerint. quapropter nostrum esse existimo, id omnino exponere. Intelligendum est autem, quod, qui nummos tractauerunt atque lapides, saepiuscule monuerunt, Romanum Populum, et Graeciae praesertim vrbium incolas, Aesculapio aliisque Diis Deabusque salutiferis pro salute Principis vota persoluissē. Hinc procliuē dictū est, quod Pergameni similiter Aesculapio pro L. Vero vel laborante votum fecerint, vel pro restituto reddiderint. quod vel inde constare posse puto, quoniam Ille a Marco Antonino ad Parthicum bellum missus, cum luxuria disfluere, in morbum incidit apud Brundisium G). Tunc enim, cum magna L. Veri apud Asiaticas gentes expectatio esset, id sine dubio egerunt Pergameni, vt pro Imperatoris mox aduenturi valetudine tanta sacra, quanta in nummo videas, Deo suo faciendo, Principis sibi gratiam conciliarent. Hoc mihi non modo confirmat, sed etiam persuadet alius Ancyranorum H) nummus, hinc eiusdem Veri caput, illinc Aesculapium totum tectum, et coronatum, cum solito baculo exhibens. Neque alia altius repetenda ratio erit, ad alterum illum Caracallae atque Getae nummum explicandum, quem in fronte Capitis videas, et in quo a binis Centauris imberbibus Aesculapius gestatur. Nam cum Severus Pater, Parthicum bellum gerens, pedibus laborauerit, quod refert Spartianus I), insimulque militum alius fluxerit, quo Begerus K) maxime inclinatur, facile est con-

Cap. VIII. Vid. et Lucianus Tom. II. p. 333. et p. 71.

G) Capitolinus in Vero p. 37. D. Ed. Salmasii. Paris. 1620. fol.

H) Vulgavit hoc numisma inter alias ex Graecia allatas antiquitates Iac. Gronovius in Memor. Confon. p. 139. Quod Lucii Veri caput ibi cernitur, vel ex eo colligo, quod Pater ab Hadriano adoptatus nunquam Imperator dictus est, vt nihil

dicam de comae ornatu prorsus singulari, ex quo L. Verum filium facillime cognoueris, et de quo consulas velim Capitolinum in Vero p. 39. C.

I) In Senero p. 70. C.

K) Thes. Brandenb. Tom. III. p. 136. De hoc morbo exercitum infestante vid. Herodian. Lib. II. Cap. VIII. p. 150. et Spartianus loc. cit.

coniectura augurari, Pergamenos augustiora haec sacra Aesculapio fecisse, atque Caracallae ac Getae imagines in nummo signauisse, vt et Deum suum commendarent, et de binis imperii haeredibus bene mererent.

§. III. Sequitur, vt de aliis facium festis dicendum sit, quae in honorem Aesculapii a duobus Alexandris, Magno atque Impostore celebrata sunt, et quorum nulla apud Spanhemium aliumue recentiore mentio facta est. Quamquam enim Cl. Vinkius L) Arriani locum mox adscribendum iam excitauerit, tamen non arroganter hoc dictum existimari velim, quod ante quam laudatus hominis libellus in manus meas venit, haec verba „ex ipso Arriano M) annotaui: „Alexander quum apud Solos „Aesculapio sacrificasset, ipseque pariter ac totus exercitus pom- „pam facibus gestatis peregisset, ludis etiam gymnics ac musi- „cis editis, Solensibus democratiam concessit.„ Quae, si cum Curtii descriptione, licet minus copiosa, contenderis, clare perspicies, Alexandrum apud Solos vorum reddidisse Aesculapio, quod,

L) Amoenit. Philol. Med. Sect. I. Cap. I. §. 17. p. 39.

M) Lib. II. Cap. V. p. 68. De Expeditione Alexandri: Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Σόλοις θύσας τε τῶ Ἀσκληπιῶ, καὶ πομπεύσας αὐτὸς τε, καὶ ἡ στρατιὰ πύσας, καὶ λαμπάδας ἐπιτελεύσας, καὶ ἀγῶνας διαδέξας γυμνικῶν καὶ μουσικῶν, Σολεῦσι μὲν δημοκρατείδου ἐδωκεν. Arrianus, qui diligentissime maximi Imperatoris historiam composuit, hanc cultus speciem, omnibus ferme Diis Alexandrum praestitisse, aliquotiens memorat. Patrio more id factum esse, ex Lib. III. Cap. XVI. p. 128. colligitur, et alia exempla legas Lib. II. Cap. XXXIII. p. 100. et Lib. VII. Cap. XLIII. p. 292. licet

ibi nulla facium mentio fiat. De vrbe Solis, ad Curt. Lib. III. Cap. VII. iam dictum est ab Interpretibus. Confundi nonnunquam solet cum illa Cypri, quae apud Herodotum Lib. V. Cap. 115. Steph. Byz. v. Σόλοι, et Suidam v. Σόλοι Tom. III. p. 346. pariter Σόλοι vocatur. Hinc Menag. ad Laërt. Lib. I. Segm. 51. p. 28. Tom. II. disputat, Σόλοι Ciliciae an Cypri a Solone nomen acceperit? Vid. Meursii Solon Cap. 26. pag. 101. De solocismo similis quaestio est, de quo vid. Suidas v. Σόλοι loc. cit. Soli Ciliciae deinde Pompeiopolis dicta est a Magno Pompeio, quod refert Dio Cassius Lib. XXXVI. p. 18. C. Ed. Hanou. 1606.

quod, Tarfi decumbens, pro salute susceperat. Curtius N) „enim ait: „Vota deinde, pro salute suscepta, per ludum atque „otium reddens, ostendit, quanta fiducia Barbaros sperneret: „quippe Aesculapio et Mineruae ludos celebrauit.„ Quod autem Alexander, mortuo Ecbatanis Hephæstione, inter alia multa, quae regiam maiestatem minime decerent, id quoque admisisse dicitur O), vt aedem Aesculapii Ecbatanis euerteret P), id mihi ex verbis Regis ad Epidauriorum legatos videtur confictum esse, quibus pro Epidaurio Deo donaria dedit Q).

§. V. Ad magni huius Alexandri exemplum, alter ille, Impostor dictus, Aesculapii sacra triduo apud Abonoteichiras celebrauit, et tertio porissimum die pompam facibus gestatis peregit. Cuius famosi Alexandri et sollempnis Aesculapii cultus memoriam

N) Lib. III. Cap. VII. Cl. Vinkius, et qui eum sequuntur, nescio, qua auctoritate, postrema verba ita legunt: quippe Aesculapio Mineruae ludos celebrauit. Tametsi enim in voce: quippe, varient codices: omnes tamen, quos contuli, veteres pariter ac recentiores agnoscunt voculam: et. Cur praeter Aesculapium Mineruae quoque sacra fecerit Alexander, varias rationes asserunt Raderus atque Freinsheimius. Puto tamen, respiciendum hic esse ad Mineruam *Ἱγίαν*, quae et *Παρθένος*, *Σωτρίστρα*, et Medica vocata est, vti constat ex Pausan: Lib. I. Cap. 23. p. 54. Cap. 34. p. 84. Suida v. *Ἱγίης Ἀθήνης*. Tom. III. p. 524. et Lyeurg. Orat. contra Leocr. p. 114. Hanou, 1619. Orpheus Hymn. in Mineru. v. 16. eam inuocat, vt sanitatem concedat. Artorio, Augusti Medico, in formo visa est, iubens, vt Augustum aegrotum moneret, ne maneret in castris, id, quod re-

fert Laclant. de orig. error. Lib. II. Cap. VIII. p. 130. Refertur etiam Minerua inter illas Deas, quae per insomnia curant, negante tamen Cicerone de Diuin. Lib. II. Cap. 59. pag. 274. Mihi autem persuadeo propemodum, in nummis saepe ad Mineruam referri debere, quae de Hygea accipiuntur, cuius aequae ac Aesculapii *σὺμβιωμός* Dea Minerua fuit. Conf. Meibom. ad Hippocr. p. 62. Boxborn. Quaest. Romm. p. 16. Spanhem. Epist. III. p. 218. ad Callim. p. 609. Harduin. de numm. Urb. p. 347. 348. Gorius ad Mus. Florent. Tom. II. p. 118. seq. et Cl. Lampe de priuileg. Med. p. 53.

O) Arrian. Lib. VII. Cap. XIII. pag. 292.

P) Arrian. loc. cit.

Q) Idem Ibidem p. 293. Alexander enim ita dixisse fertur: *Καὶ περ ἐν ἐπισημίῳ κέρχετταί μοι ὁ Ἀσκληπιός, ἔσωσας μὲν τὸν ἐπάρον, ὄντινα ἴσον τῇ ἐμάτῃ ἐκπελάγησθον.*

„moriā ita nobis prodidit Lucianus R): „Nam et initiationes
 „quasdam instituit, facium gestationes, et sacrorum caerimo-
 „nias, quae quidem tribus ex ordine diebus continenter pera-
 „gerentur. Hinc primi et secūdi diei sollempnibus enarratis,
 „ita pergit: Tertio die Podalirii, et matris Alexandri nuptiae
 „suebant. Ille Dadis appellabatur, a facibus, quae accende-
 „bantur. Quemadmodum vero Apollinis et Aesculapii natales,
 „aliae hic simul egit Alexander, sic in illis apud Solenes
 „celebratis facium festis, ludos gymnicos quoque, atque musicos
 „ab Alexandro Magno editos esse, apertum est. Horum pariter
 „et pomparum, quas deducebant, rationem proximo capite ex-
 „ponam, cum id modo hic egerim, ut *δαδαχίας* in sacris Aescula-
 „pii, ex nummis S) atque scriptoribus simpliciter probarem.

CAPVT

R) Pseudomant. Tom. II. p. 770.
 Τελετην τε γαρ τινα συνίσταται, και δα-
 δαχίας και ιεροφαντίας, τριων εξης
 τελεμενων ημερων. Deinde: Τριτη
 δε ημερω, Ποδαλειρια τε ην, και της
 μητρος Αλεξανδρα γαμος. Δαδης δε
 ηκαλειτο, και δαδης δε εκαιοντο. Ma-
 le, puto, interpres *δαδαχίας* vertit:
 caedarum, per manus tradendarum,
 gestationes, quae *λαμπαδηδρομια*
 vocantur, vti mox probabimus.
 Quare malui interpretari: facium
 gestationes.

S) Plures equidem nummos, a
 Pergamensis, vel aliarum urbium
 incolis cufos, inuenire non potui,
 in quibus aliquid exsaret, quod ad
 lampadum festa, in Aesculapii hono-
 rem peraeta, faceret. Quod
 enim Reuerendiss. Harduinus de
 numm. Popul. et Urb. p. 496. 497.
 existimat, tale quid in nummis Tia-
 nensium conspici, in eo quidem, nisi
 opinione fallor, coniectura aberrat.
 Primum enim fax, quae in nummo

cernitur, maiori inre ad quosuis
 alios Deos, quam ad Aesculapium
 referri potest, deinde, nec serpen-
 tem vel draconem, qui in altero
 nummo est, ad Aesculapium semper
 pertinere, nouimus. Quod si
 vero de his dubium omnino non
 esset, inde tamen, qua ratione Har-
 duinus id fecit, effici posse, vix pu-
 to, Tiansenses Aesculapium facibus
 accensis coluisse. Ita enim si lice-
 ret nummos interpretari, sex plu-
 resue vrbes, maiori veritatis specie,
 ex nummis producerem, vbi talis
 Aesculapio honos habitus fuerit,
 Cl. Vaillant Numism. Graec. loqu.
 p. 44. Aegaeensium nummum af-
 fert, in quo serpens ex vrna exilit
 inter binas taedas, quales cum ser-
 pentibus implicitis, ara intermedia,
 stant etiam erectae in duobus Byzan-
 tiorum numismatibus apud eundem
 auctorem p. 99. Huius typi complu-
 res nummos a Cyzicenis cufos
 idem Vaillant, et Cl. Banduri

D 3

Tom.

CAPVT V.

Facium appellationes. Vnde factae et quales? Sponii sententia in dubium vocata. Faces ex spina alba in nuptiis. Athenaeus an iure a Casaubono emendatus? Φεγγοὶ vel πογγοὶ in bello. Pompa seu Processus. Simulacra Deorum et res sacrae deductae. Thensa, et animalia iuncta. Δοδεχίαι diuersae a Δαμπτὰς ἠδὲ Φεγγοίς. Ludi et Certamina Aesculapio sacra. Κονὸς Ἀλοῖας. Ignis Deus aut signum Diuinitatis. Facium usus in sacris.

§. I.

An tequam vero exponam, quid in his lampadum festis actum sit, constitutum mihi est, aliqua de facibus praefari. Δαῖς, δαῖς, et quae plura ex voce δαῖς formata vocabula leguntur, latine vt plurimum redduntur faces, nec alia significatio vocum: λήχες, Φῶς, Φῶς, Φέγγος, λαμπὰς et λαμπτήρ in optimis graecis auctoribus, et Labbei potissimum Glossis inuenitur. Quae tamen ex pinu arbore fiebant, πένκας Graeci, Latini taedas vocabant: a quibus parum diuersae erant, quas quidem ex larice T) parabant, atque ferula V). Ex quercu vel ilice viatorum γαλέβου fecerunt X), et rustici, quod videtur Y), vitice confusa pro

Tom. I. p. 134. 203. exhibent, licet in aliquibus ara desit. Similis nummus Traianopolitarum apud Vaill. pag. 112. occurrit, ne dicam de Nicomedensium et Magnetarum nummis, apud eundem: quos tamen omnes ad Aesculapium pertinere, negabit, qui vel vnum alium earundem vrbium nummum inspexerit. et de Sponii nummo, in quo Iupiter in thensa a Centauris δαδύχοις trahitur, et quem Spanhemius Tom. I. p. 282. forte ad Aesculapium pertinere conicit, ego nihil desinio. Vid. Harduin. loc. cit. p. 392.

T) Plinius Lib. XVI. Cap. X. inquit: Laricis morbus est, vt taeda fiat. Conf. Eustath. in Homer. II. a. p. 87. et de facium appellationibus in genere Stochausen de cultu ac vsu luminum antiquo. Cap. III. §. 3.

V) Euripid. Bacch. 147. vbi vid. Baraestius, et Kuster. ad Suid. v. λήχες Tom. II. p. 319.

X) Conf. Casaubon. ad Suet. Jul. Caes. Cap. XXXI. p. 48. seq. Turneb. Aduers. Lib. III. Cap. 22. et Pignor. de Seru. p. 258.

Y) Meminit eius, à pastoribus collectae, Longus in Pastoralibus pag. 30.

pro facibus vsi sunt, quas fere omnes, ex lignis factas, inspicare solebant, id, quod ad spicarum et aristarum imaginem incidere, Seruius interpretatur Z). Quo autem maiorem flammam conciperent, vel pompam sollempniorem redderent, pice A), cui et sulphur aliquando additum fuit B), aut cera C) illinebantur taedae. Ex spina, eaque alba fiebant, quas nouis nuptis praefere, mos erat D), vt nihil dicam de funalibus E), et, quas *detris* vocat Aristophanes F).

§. II.

p. 30. Ed. Mollii. nisi forte fatius est credere, illam in foco saltem accensam fuisse. Conf. Suidas v. *φωδός* T. III. p. 578.

Z) Ad Virgil. Georg. I. v. 202. Emendat hunc Seruii locum Vlitius ad Gratii Cyneget. v. 484. p. 187. Ed. Kempheri. sed quo iure, ego non definio. Doctissima tamen sunt, quae de voce incidere ibi attulit, et optime antiquis lapidibus respondent, vbi quatuor, quinque, pluresque aliquando annulos in facibus videas. Conf. quoque Scaliger ad Manil. Lib. I. p. 94. Ed. Boecleri.

A) Lucanus Pharsal. Lib. X. v. 487.

- piceo iubet vngvine tinctas
Lampadas immitti iunctis in bella
carinis.

vbi vid. Oudendorp. Confer sis Aristoph. Vesp. v. 1366. et Valer. Flacc. Argon. Lib. VIII. v. 302.

B) Sallust. Bell. Iugurth. Cap. LVII. Lucan. Lib. III. v. 679. Prudent. Psychomach. v. 43. p. 676. Ed. Heinlii. vbi piceam pinum obserues pro taeda dictam, pariter ac pinum flagrantem apud Virgil. Aen. VII.

v. 379. Conf. Palmer. Spicileg. in Grut. Thef. Crit. Tom. III. p. 653.

C) Sic sane accipio verba Dido-
nis apud Ouid. Heroid. Ep. VII. v. 23.

Vror, vt inducto ceratae sulphure
taedae.

D) De materia factum, quas nouae nuptae praeferebant, neququam ita conueniunt inter se eruditi, vt credere queam, de spina alba confectam iam rem esse. Moueor tamen auctoritate Plinii Lib. XVI. Cap. XVIII. vt, si non in omnibus, saltem in plurimis nuptiis spinam adhibitam fuisse, eamque vocem plerisque auctoribus reslitui debere, praeeunte Brissonio existimem, qui legi meretur de ritu nupt. p. 56. seq. et Iunius in Animadu. Lib. VI. Cap. XXVII.

E) Paratae hae faces erant ex fune contorto, cera vel pice tincto. hinc Lucan. Lib. V. v. 523.

- - - Sic fatus ab alto

Aggere, iam tepidae sublati fumo
fauillae,

Scintillam tenuem commotos
pauit in ignes.

F) In Vesp. v. 1352. vbi vid. Scholia-
stas

§. II. Parum vero diuersae a nostris faculis fuerunt antiquorum taedae, quales in nummis potissimum, et antiquis monumentis frequenter occurrunt. G) Tantum igitur abest, vt Sponio H) credam, qui ait: „La plupart même n'étoient que des lampes enchaîées au bout d'un baton, où de la poix attachée à l'extrémité d'un faisceau de verges, : vt potius existimem, rarissime in nummis lampadem cerni, in qua funiculus in oleo ardens sit. I) Et quod Sponius Hesygium excitat, qui *δαδῆχον λαμπάδιον* dixerit, in eo cum aliis videtur labi, qui nesciunt, facem graecis *λαμπάδα* dictam esse, quod vel ex Glossis Labbei constare potest, et Illustris Spanhemius quoque probauit K). Tandem quoque similes fuerunt faces, L) quibus proiectis *πυρφόροι* antiquitus ante tubarum usum in bello, pugnae signum dederunt, et *Φεγκτοί* vel *πυρσοί*, qui ex turribus sub-

lati

liastes et Flor. Christ. p. 154. qui fascium instar papyro vinctas vocant: vnde ego colligo, in eas faces fuisse, et ligulis confictas, vt quidem facilius flammam conciperent, neque tamen et nimium diuiderent.

G) Gruter. p. XXVII. n. 3. 5. et p. XXVIII. n. 7. 5.

H) Recherch. curieuses de l'Antiqq. p. 96. Lyon 1683. 4.

I) Talis fortassis lampas est, quam in nummo Antoniae mulier gerit, sinistra Cornu Copiae ferens, apud Pedrusi Mus. Parnes. Tom. I. Tab. III. n. 2. p. 45.

K) In Glossis ita est: *Λαμπάς*, Candelebra, Fax, facis, Facula, Taeda. Spanhem. de Vest. pag. 680. Tom. V. Thef. Antiq. Romm. Graeu. et Epist. III ad Morell. p. 233. Aliqua etiam iam attulit hanc in rem Meursius Graec. feriat. Lib. V. pag. 188. seq. ex quibus manifestum est,

in *Λαμπάδιον* etiam faces adhibitas fuisse. Vide sis tamen et Hesygium v. *Λαμπτήρ*, Suid. v. *λαμπάδα*, Sophocl. Trachin. v. 1205. et Athenaeum Lib. V. Cap. VII. p. 197. vbi Casaubonus p. 348. eadem, qua Sponius, persuasione ductus, *πυρφόρος*, *βυσσίνος* legit, quo tamen facto vix idoneus sensus esset in vocabulo *διαχύσας*, sequenti pagina repetito, adeoque pariter emendando. si ita pro lubitu cum optimis auctoribus agere liceret. Accedit, Latinos etiam auctores lampade pro face vsos esse, Valer. Flacc. Lib. III. v. 125. Lib. VIII. v. 262. Stat. Theb. VIII. v. 466. et quem Barthius ibi excitat, Virgilium. Conf. Sossip. Charif. Institut. Grammat. Lib. I. p. 27. Ed. Putschii.

L) Euripid. Phoeniss. v. 1386. vbi Scholiastes ait, antiquiores has faces siue lampades esse ipsis conchis. Conf.

lati de hostis incurfu, vel auxilii aduentu, propinquae regionis incolas, vel exercitum, certiores reddebant M).

§. III. Sed, vt reuertamur ad propositum, qua ratione pompas, facibus praelatis, peregerint, plenius iam exponendum est. Nam quae Ill. Spanhemius N) strictim saltem de pompis dixit, quas gentes, pro suis quaeque ritibus, in annuis Deorum festis, celebrauerint, in illis mihi satis non facit. Veteres quidem hoc vocabulum quibusuis actibus, qui processus vocabantur, imposerunt, quales triumphus, O) seu quicumque sollempnior Principis aduentus in urbem, P) processus in circum ad ludos edendos Q), atque funus fuerunt. R) Sed in sollempnibus Deorum pompis, ad quas proprie id vocabulum pertinet, et quae statis diebus peragi solebant, omnis populus sacrificans ad fanum Dei conuocabatur, vnde, facibus in ara numinis S) accensis, eius simulacrum,

Conf. ibi Barnef. Vossius Institut. Orator. Lib. V. p. 394. et Kusterus ad Suid. v. πυρφορος.

M) Binae harum facium species fuerunt, *πυρσοί Φύλοι* et *πολέμιοι*. Illae fixae fuerunt, auxilii aduentum indicantes. His vero quaquaversum motis, hostem aesse, cognouerunt. Vid. Schol. Thucydid. Lib. II. C. 94. p. 160. et Lib. III. Cap. 22. pag. 180. ibique doctiss. Waffé. Ed. Duckeri. Hemsterh. ad Polluc. Lib. VIII. Segm. 14. et Lips. Milit. Rom. Lib. V. Dial. VIII. p. 281.

N) Ep. III. p. 222. ad Callim. p. 565.

O) Valer. Max. Lib. III. Cap. II. 24. p. 257. Ed. Torrenii. vbi vid. Enarratores.

P) Hoc splendido apparatu non Romam modo introiisse principes legimus, sed Asiae quoque vrbes, et quae alibi imperio parebant, prout Alexandrini Caracallam accepisse

dicuntur apud Herodianum L. III. Cap. VIII. p. 197.

Q) In Circensibus ludis, maxima semper pompa, omnium ferme Deorum, et Augustorum Augustarumque simulacra in circum deducebantur, mularum plerumque bigis, vti describit Ouidius Fast. L. III. v. 391. Quam pompam, inferioribus temporibus processum dictam fuisse, probat Doctiss. Norisus de Numism. Diocletiani Cap. V. p. 414. Tom. I. Thef. Antiqq. Sallengre.

R) Videtur huc pertinere Mercurius, *θεός πομπαίος* dictus a Sophocl. Aiac. v. 844. quod Scholiastes exponit: *ψυχοπομπός*, quia mortuorum animas ad tartara deducat. Vide tamen Phurnut. l. c. p. 166.

S) Clarum hoc est ex nummo Galeriae Faustinae, quem vulgavit Cl. Vaillant. Numism. select. p. 29. ibi enim *δαδῆχος* sinistra ardentem faciem

E

mulacrum, thenfac T) plerumque impositum, ad quam varia animalia iuncta, per urbem deducebant. Praeibat plerumque *δραχός*, V) et omnis populus tripudians prae lucebat X), donec ad delubrum rursus peruentum esset Y). Addita interdum simulacris

facem tenet, dextera alteram in altari accendit, adstante Cerere, cum binis facibus, in curru, a duobus draconibus tracto. Conf. Philostr. p. 85. Ed. Olearii.

T) Magna contentione, de hac vehiculi specie, disputarunt eruditi, neque nunc de figura, et scribendi ratione inter se conueniunt. De etymologia ne quidem inter antiquos satis constitit: crediderim tamen, fatius esse, cum Aesconio a diuinitate deducere, cum et apud Plutarch. Tom. I. p. 225. F. *θυσία* pro *θύσση* legatur, quam a tendendo, quod fecit Diomedes Lib. I. p. 372. Ed. Putschii. et in quo forte errauit Schefferus, quando existimat, Aesconium voluisse a tenendo thenfam deducere. Plurimum vero a veritate abhorrent, qui sibi, nescio quae, lintea fingunt, quibus ad cubiculi speciem tenfis, velata tamen et inuoluta simulacra fuerint, quod, qui statuunt, putandi sunt, nummos omnino non tractauisse. De figura difficilius est, certi aliquid statuere. Id enim vel ex Glossis, Aesconio atque Festo satis constat, Deorum simulacra, his thenfis in pompa circumuecta, vel in circum deducta fuisse: proinde, cum in graecis potissimum nummis, ubi talis pompa occurrit, carpentum non teclum, in Romanis vero, ubi Indi, Augustis consecratis decreti, celebrantur, *θρονόγυμνη* conspiciatur, prope adducor, vt cre-

dam, ante Imperatorum tempora, vel horum etiam adhuc aetate, Deorum simulacra curribus non tectis, Augustos vero et Augustus potissimum, singularem aliquem honorem affectantes, ad exemplum fortassis Ephesiae Dianae apud Spanham ad Callim. pag. 534. arcuatis carpentis in circum deduci voluissent. Nam Schefferus ex Dione Cassio refert, Martis signum, cum pompa circumueheretur, ex thenfa decidisse, id, quod, si teclum carpentum fuisset, fieri non potuisset. Conf. Aesconius ad Cicer. Verr. I. p. 559. Tom. I. P. I. Ed. Graeu. Manut. ib. p. 124. et Dorsch. Graeu. ad Cicer. de Harusp. Tom. II. P. II. p. 525. 528. Festum p. 565. Cl. Scheffer. de Re Vetic. Lib. II. Cap. 24. Vrsinus Famil. Rom. p. 226. et Banduri Tom. I. p. 32.

V) De *δραχός*, eorumque honorifico admodum munere, legas velim Fasold. de Festis Graec. Dec. II. Fest. I. §. 21. 23. Menrs. Eleus. Cap. XIII. et III. Spanhem. Epist. III. ad Morell. p. 230. et ad Aristoph. Ran. p. 315. Vide tamen et Clem. Alex. Admon. ad Gent. p. 14. Lucian. Lexiph. Tom. I. p. 829. Pollucem Lib. I. Segm. 35. et Suidam v. *δραχός*. Tom. I. p. 504. et v. *λαμπροφάγοι*. Tom. II. p. 414.

X) Herodian. Lib. V. C. VI. §. 18. p. 244.

Y) Clare hoc perspicias in nummo Getae ap. Cl. Beger. in Theaur. Bran-

cris erant, vel solae etiam deducebantur exuviae Deorum, fetures sacrae, prout Festus Z) nominavit, atque inuenta cum eloigiis A). Carpenta, seu thenfae ab animalibus trahebantur, quae sacra numinibus erant, et quae ita curribus iuncta, frequentissime in nummis occurrunt, ex quibus Spanhemius iam exposuit B): tamen, in mularum bigis, quas *ἀρηνιας* Graeci vocabant C), et quae Augustis potissimum consecratis, a senatu decerni solebant D), simulacra saepe imposita, vecta, aut etiam aliquando ab equi-

Brandenb. Tom. III. p. 137. qui plura hanc in rem affert egregia, aequae ac Spanhemius ad Callimachum pag. 659.

Z) In voce Thenfa p. 565. Sic Bacchi cistas cum serpentibus, et Aesculapii baculum cum implicito dracone, in nummis aliquando occurrere, nonimus. et Cl. Meursius Eleuf. Cap. XXV. probat, calathum Cereris, bonum plastro transvectum, in Deae sacris, fuisse, cui contrarium statuit Ill. Spanhem. ad Callimach. p. 720. 721.

A) Dionys. Halicarn. Lib. VII. pag. 478.

B) Epist. III. ad Morell. p. 224. Constans tamen non est, Deos eisdem semper generis animalibus vehi. Diana, cuius currum alias cerui trahunt, a binis tauris vehitur apud Cl. Vaillant Graec. loqu. p. 157. a leone et apro, si fides Oisello est, Thef. sel. numism. pag. 98. Venerem bini genii trahunt apud Beger. Thef. Tom. II. p. 601. et Obferuat. p. 46. Cupidinem leones biuges, apud eundem Thef. Tom. I. p. 184. Apollo a quatuor gryphibus vehitur apud Sponium Miscell. Sect. I. Art. I. Tab. II. Fig. 3. p. 3. et

Bacchus, atque Iupiter ab Elephantis et Centauris, de quibus infra dicemus.

C) Scholiast. Pindar. Olymp. Od. V. v. 6. p. 40. *Ἀρηνίη δὲ ἐστίν, ἀγῶν ἐξ ἡμικτόνων ζευγῶν θεῶν.* Vñ tunc sunt hac currus speciei in Olympiacis ludis: vnde sequitur, tectas *ἀρηνιας* non fuisse, idque vocabulum abusum posteriori tempore impositum fuisse arcuato cuius carpento, a mulis, vel etiam equis tracto, de quo vid. Spanhem. Epist. III. pag. 214. et Schefferus de re vehic. Lib. II. Cap. XI. Vlitius ad Grat. Cyneg. v. 534. p. 198. exponit, cur mulis plerumque vel mulabus Deorum signa vecta fuerint? Conf. et Bochart. Hierozoic. Tom. I. pag. 229. et 313. et Spanhem. ad Callim. p. 533. 534.

D) Frequentissima in Augustarum nummis carpenta sunt, seu thenfae mulares, quibus arcuatis, et auro gemmisque fulgentibus, non simulacra modo consecratarum Augustarum, sed ipsae adhuc vivae vehabantur, probante Cl. Begero Thef. Brand. Tom. III. p. 90. Quod vero Augustae, et aliae quoque mulieres maluerunt mularum bigis vehi, propterea factum esse puto,

equitibus baiulise gestata sunt E), prout Ill. Spanhemius F) iam obseruauit. Synesius G) prodit, ex magnis illis duodecim Diis, solam Vestam in curribus non prodire. et auctorum testimonia, aliaque vetusta monumenta, quorum pauca occurrunt, satis declarant, complura numina, neque centauris uecta, neque facibus praelatis in pompa deducta fuisse, quem quidem singularem adeo honorem, Aesculapio inprimis praestitum, disputauimus.

§. III. Ququam Alexander Magnus gymnicos quoque ludos, et musicos, in honorem Aesculapii ediderit: recte tamen obseruauit Gronouius H), *δεδεξιαν* illam separatam a certaminibus festiuitatem fuisse. Hinc, quod supra in transcurso saltem diximus, *δεδεξιαν* diuersas fuisse a *λαμπραδηδεξιαν*, id quidem pluribus exponere, nunc expedit. In *δεδεξιαν*, diximus, accensas solum faces, Deorum simulacris praelatas esse. sed lampadam certaminum, quae Athenis praesertim in Ceramico, in Mineruae, Vulcani, et Promethei honorem agebantur, alia plane ratio erat. Nam in his, sacris lampadibus in Academia accensis I), simulacrum signum, ex turre demissa face, dederant, decurrebatur, ubi lege cautum erat, ut cuius extincta lampas esset, sequenti traderet K), et victoriam reportaret, qui primus ardente face ad metam propositam perueniret L). Quod si vero aliquando,

quoniam minus concitato cursu feruntur haec animalia, sed gradarii multi sunt.

E) Ego quidem existimo, in solemnioribus pompis, ubi omnium Deorum simulacra circumuecta sunt, eius numinis signum, cuius festum celebrabatur, thesa uectum, reliquorum, quo augustiorem pompam redderet, humeris populi gestata fuisse, cuius rei indicium facit Dionys. Halicarnass. Lib. VII. pag. 475. seqq.

F) Ad Callim. pag. 534. et Epist. III. p. 224.

G) In Dione p. 58. B. Ed. Petau.

H) Ad Arrian. de Expedit. Alex. Magn. Lib. II. Cap. 24. p. 100.

I) Plutarch. Solon. Tom. I. p. 79. B. Conf. Meurf. Graec. feriat. in Festo *Λαμπράς*.

K) Aeschyl. Agamemn. v. 320. Videatur Meurf. loc. cit. et Potterus ad Lycophronem v. 734. p. 158.

L) Cl. Meursius loc. cit.

quando, in gymnics potissimum ludis, noctu peractis, faces accenderunt, id quidem aliam ob causam fecisse, quam vt ad earum fulgorem omnia relucerent, non videntur.

§. V. Ex verbis Arriani supra citatis, et ex aliis locis, inter omnes facile constabit, pompa, plerumque prima festi die, peracta, certamina, ludosque, veteres celebrasse. quales, vti in Deorum prope omnium, atque Augustorum quoque honores, instituti olim sunt, ita pariter Pergameni M), Epidaurii N), Ancyranii O), pluresque forte alii, in Aesculapii honorem, peragere solebant. Hinc Ἀσκληπία, aut etiam Μεγαλοασκληπία vel sola, vel cum aliis edita, in lapidibus antiquis legimus, ex quibus ea Spanhemius insigni eruditionis apparatu demonstrauit P). Et

quando-

M) Selden. ad Marmor. Oxoniens. VII. p. 181. Spon. Miscell. p. 367. et Spanhem. Epist. III. ad Morell. pag. 212.

N) Haec quidem celeberrima semper habita sunt, et pluribus auctoribus memorata, quod, vti iam dictum est, cultus Aesculapii ab Epidauriis ad reliquas omnes gentes peruenit. Legas autem sacra certamina, ibi peracta, in Marmore Oxoniens. VII. et apud Spon. loc. cit. p. 366. Cl. Meursius Graec. feriat, in Festo Ἀσκληπία ex Platonis Ione Tom. I. p. 530. colligit, rhapsodorum id modo certamen vel musicum fuisse: Verum, vt taceam, ex hoc Platonis loco plane non sequi, quod putat Meursius, quia probabile est, Platonem, cum Poetices modo vim explicare vellet, alia certaminum genera non curasse, Ill. Spanhemius Epist. I. ad Morell. p. 47. ex verbis Scholiastae Pindari ad Nem. Od. V. p. 375. probat, gymnicos quoque agones ibi peractos esse,

id, quod notum quoque fuisse videtur Alex. Sardo de ritib. gent. Lib. III. Cap. 25.

O) Harduin. de Numm. Popul. et Urb. p. 43. seq. Memorantur haec, Ancyrae acta certamina, in marmore apud Gruterum p. CCCCXV. quam inscriptionem integram magis exhibuit Iac. Gronou. Memor. Cossonian. p. 141. n. III. et IIII.

P) Epist. I. ad Morell. vbi, occasione nummi Ancyranorum, omnia Aesculapii festa, et sacra certamina exponit. Etsi vero, quantum constat, in tribus nominatis urbibus tantum, sacri hi agones celebrati sint: videor tamen mihi tale quid inuenisse in nummo Βιζυνηῶν apud Vaillant Graec. loqu. p. 161. In hoc enim elegantissimo nummo sedens cernitur Aesculapius cum patera, cui aliquid infundit mulier prope stans cum Hygea et Telephoro, post Aesculapium vero vna, in qua palmae ramus: vnde probabilem factis coniecturam feci, Bizyenenses Aescu-

quandoquidem haec certamina institui et agi, nisi magnis sumptibus, non poterant, neque vnica vrbs iis tolerandis semper par erat, plures Asiae vrbes *Konae*, siue societates inibant, ad quae, statim temporibus legatis missis, communi sumtu sacra certamina agebant, quibus Asiarchae praerant Q). His ita expeditis, id nobis agendum est, vt causas inquiramus, quamobrem Aesculapius a Centauris, iisque *δαξιδεχοις* vectus sit? Praemitamus tamen nonnulla de ignis et facium in sacris vsu.

§. VI. Antequam rudi, et simplici facis veterum gentilium religioni, plures aniles fabulae admiscerentur, sola coelestia lumina, quibus tantos, in terra, effectus produci, cognoscebant, Eusebio R) narrante, pro Diis coluerunt. Hinc legimus, Perlas, antiquissimam gentem, soli atque lunae, maximis quippe coelestium siderum, sacra fecisse. Cum vero cognoscerent, igneae illa naturae esse, igni ipsi, pro Deo habito, templa, Pyrea dicta, extruxerunt, quod ait Theodoretus S). Verum alii paullo subtiliores, quia ignem diuinæ naturae saltem simillimum, vel diuinitatis signum credebant, eum immortalem, quasi in numinis honorem, in templis asseruandum curabant, prout id hunc in modum

Aesculapio non modo sacra fecisse, sed agones quoque peregisse, in Dei honorem. Iam vero me indultum video Vaillantii descriptione, (ipsam enim iconem non adiecit), postquam iconem nummi apud Cl. Haymii Tesor. Britann. Vol. II. Ram. XXI. n. 4. vidi. In hac enim non solum Hygea e regione sedet in sella, qualem vix in nummis videas, sed etiam, quod potissimum huc facit, non vna, verum arbor, in tres ramos se explicans, ad dextram Aesculapii cernitur.

Q) Eruditissimus Valesius ad Euseb. Hist. Eccles. p. 59. Ed. Amstel. existimat, subintelligenda *συνοδοι*

esse, et singulas ciuitates socias legatos eo misisse. Constat potissimum sunt, ad res sacras firmandas, et fuerunt eiusmodi *Konae Asiae*, in pluribus Asiae proconsularis vrbus, praesertim in iis, quas metropoles vocabant. Recenset ea Ill. Spanhem. Epist. I. ad Morell p. 82. seq. Conf. Scaliger de Emend. temporum p. 479. Spon. Miscell. Sect. X. p. 366. Selden. ad Marmor. Oxon. p. 180. Ed. Lond. 1732. et de Asiarchis p. 184.

R) Demonstr. Euang. p. 160. B. et Praep. Euang. p. 28. 29.

S) Histor. Ecclesiast. Lib. V. pag. 751. C. Tom. III.

„modum exponit Porphyrius T): „Hoc sacrificio sensibiles „coelestes Deos colebant, et vt illis, sempiterno igne, honos haberetur, curabant. Hunc enim in templis asseruamus, quod „Diis ipsis simillimus est. „ Iosephus V) non sine ratione existimat, Ethnicos inter alia, *λύχνων* potissimum *ἀνακαύσεις* a Iudaeis accepisse, quales, in templis pensiles lucernae X), cerei in lucis Y), vel etiam ignis inextinguibilis super aram ardens, in plurium Deorum fanis fuerunt. Z) Hinc Ceres, Proserpina, Diana et Minerua *ἀειδαρχεύς* cultae, quod Spanhemius A) exposuit, et nos, vbi de Diis reliquis taediferis sermo erit, disputabimus. Neque frustra sunt, qui existimant, ignem olim, tanquam diuinitatis symbolum, Imperatoribus B), honoris vero causa,

et

T) De abstinentia Lib. II. p. 126. Sic enim vertenda ego putari haec verba: *Ταύτη τις φηγομένης θείας θεός τῆ φυσία δεξιμένοι, καὶ δια τῆ πυρός ἀπεθανοῦσαντες αὐτοῖς τῆς τιμῆς. Τέτοις γὰρ καὶ τὸ πῦρ εὐδαιμον φουλάττομεν ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὃν μάλιστα αὐτοῖς ἐμοιώτατον.* Nam Franc. de Fogerolles versio non modo obscura est, sed etiam sensu plane caret. Quod vero θεός φηγομένης; sensibiles Deos diximus, respeximus ad discrimen illud, ab ethnicorum theologis factum, inter Deos sensibiles, quales coelestia fidera sunt, et de quibus hic sermo est, et intelligibiles, quales reliqui fuerunt, et qui nunquam humana specie visi erant. Adduxit quoque haec Porphyrii verba Euseb. Praep. Euang. p. 28. et de igne, diuinitatis signo, quod Persae crediderunt, vid. Doctiss. Huetius, Demonstr. Euang. Propos. III. Cap. V. §. 2. p. 159.

V) Lib. II. contra Apionem §. 39. p. 494. Tom. II. Ed. Haucerc. Conf.

Stochausen de Vsu Luminum ant. Cap. I. §. 2.

X) Plinius Hist. Nat. Lib. XXXVIII. Cap. III. Placuerit et lychnuchi pensiles in delubris, ant arborum modo, mala ferentium, lucentes.

Y) Euseb. Vit. Constant. Lib. II. Cap. V. inter Histor. Ecclesiasticae Script. p. 366. vbi vid. Valefius.

Z) Frequens sane est, in nummis videre templa, in quibus ara cum igne, quale Vestae praefertim fanum est, vel solas etiam aras, super quibus immortalis ignis ardet. Confer sis III. Spanhem. ad Callim. pag. 102. 103. et de Vesta X. p. 677. seqq. Stanlei. ad Aeschyl. Choeph. v. 1037. p. 830. et de *ἀειδαρχεύς*, atque cultu Deorum per ignem in genere, Doctiss. Valef. ad Euseb. de Vita Constant. p. 216. 218. et ad Soerat. Histor. Eccles. p. 72. et Harduin. de Numm. Vrb. p. 495.

A) Epist. IIII. ad Morell. §. VI. p. 230. seqq.

B) Historici testantur ad vnum omnes.

et aliis, qui praeclare rem gesserant C), praelatum fuisse. Ex Augustarum nummis, qui passim exstant, clarum est, illas Dianae vel Cereris specie, cum taeda ardente, ibi signatas esse, quopariter ac Epigraphe addita: Consecratio, vel Diua, vel Sideribus recepta, diuinitas earum indicatur. et similis ratio Cometae est in nummis Caesaris D): facium ardentium in nummis Augusti E), et radiati capitis F), in plurium Imperatorum nummis. Cum vero mysticus facium, in omnibus sacris, vsus esset, *μυστικῶν γὰρ* vel hierophantae constituti erant, qui sacra, quorum conscii erant, atque caerimonias, quantum per leges licebat, populum docebant G). inter quae et hoc referre decet, quod portenta

omnes, hunc ignis praelati honorem Augustis omnino habitum fuisse, siue in publicum solummodo progressi sint, siue in urbem ingressi, siue triumphum egerint. Legas velim Herodian. Lib. I. Cap. VIII. et XVI. Lib. II. Cap. III. Lib. III. Cap. VIII. Sueton. Iul. Caes. Cap. XXXVII. vbi de Elephantis *λυχνεχοίς* Beger. Thes. Brandeb. Tom. I. p. 259. et III. Cuperus de Elephant. in numm. in Thes. Antiqq. Sallengrè Tom. III. p. 160. Plutarch. Tom. I. p. 649. E. Fabri Agonistie. p. 145. 146. et Jac. Nic. Loensis Epiphylid. Lib. VIII. Cap. 13. De lampadibus, diuinitatis signo Ciampini Vet. Monument. Tom. I. p. 230. Tom. II. p. 90. 91. Rom. 1690. fol.

C) Plutarch. in Cicer. Tom. I. p. 871. E. Hinc praeco Eurycomide ad Diasiorum festum missus, taedis et lampadibus praecluentibus acceptus, et in urbem deductus, vti est apud Eustath. de Ismen. et Ismen. amorib. Lib. I. et Lib. V. nec frustra

omnino sunt, qui prunae batillum apud Horat. Lib. I. Sat. V. v. 36. huc trahunt, quod principibus viris praelatum sit.

D) Goltzius Numism. Iul. Caes. Tab. I. Pedrusi Mus. Farnes. Tom. II. Tab. VII. pag. 116. Tristan Comment. des Césars Tom. I. p. 33.

E) De Bie Numism. aur. Imp. Rom. Tab. V. p. 12.

F) De hoc memoriae prodidit Herodianus Lib. I. Cap. VII. pag. 21. *τὰς δὲ ἐκθεάζειν, λέγοντας ἀγγεῖν τὴν ἑρανὸν περὶ τὴν κερταλὴν συγγεγεννησθαι αὐτῶν.* Probat id quoque Pedrusi Mus. Farnes. Tom. I. Tab. V. p. 78. et contigit mihi aliquando videre, in Nummophylacio Amplissimi Senatus Lipsiensis, nummum Traiani optime conseruatum, in quo S. C. cuso, caput Imperatoris, nouissime consecrati, radiatum erat.

G) Cl. Meurs. Eleusin. Cap. XIII. et Vales. ad Sozomen. Histor. Ecclesiast. p. 103.

tenta flammis expiare H), populum vero, agros, omnemque fupellecilem lustrare facibus I), mos erat.

CAPVT VI.

*Cur faces Aesculapio praelatae? Aesculapius idem et Sol. Vir-
tus Solis salubris et pestifera. Vota Soli pro Salute facta.
Sol taedifer. Scholiastes Martiani Capellae. Diana Dea
de dēxos. Lycbni tempore incubationis extincti. De his
alia Spanhemii sententia. Aristides an recte a Spanhemio
emendatus? Idem noue interpretatus. Laus Tristani in
animaduersionibus. Ignis et Fax vitae signa. Paulini
lectio asserta. Lucina taedifera. Aesculapius μέγας Ἰα-
τρῆς Φεῖρος.*

§. I.

Quae itaque de ignis, et facium in sacris vsu, disputauimus, etsi forte sufficere possent, ad rationes inueniendas, cur veteres, facibus praelatis, cuncta prope numina coluerint, neque negare velim, ex his quoque aliquam taedarum rationem reddi posse, quas in Aesculapii sacris accenderunt: ego tamen cum Spanhemio K) persuasum habeo, id, non sine peculiari quadam causa, a Pergamenis aequae ac aliis, factum esse, praesertim, cum singulorum de dēxos numinum, singulares quoque rationes fuerint, quas in fine tractationis breuiter exponemus. In illis vero caussis examinandis, in quibus omnis res nostra vertitur, Spanhe-

H) Synesius de Prouident. Lib. I. pag. 115. A.

I) Eurip. Helen. v. 876. Squillas et sulphur plerumque facibus addita fuisse, Diphili Comici versus indicant apud Clement. Alexandr. Strom. Lib. VII. p. 713. Vide sis elegantissimum Broekhusium ad Tibull. Lib. I. Eleg. II. v. 61. p. 51. Do-

ctiss. Kuster. ad Suidam Tom. I. p. 506. v. δαλῶν, Stochausen loc. c. Lib. VII. §. 16. 17. et Cael. Rhodig. Lect. Antiqu. Lib. XXIII. Cap. 22. qui odoratos ignes accensos ait, ad pestem arcendam.

K) Epist. IIII. ad Morell. §. 6. p. 229.

Spanhemium verba praeceuntem omnino sequar, qui primum ad illam veterum opinionem respicere iuber, qua modo Solis, modo Lunae vim salutarem, Aesculapium acceperunt. Quantum ad Solem atinet, hanc non Phoenicum modo, sed Graecorum quoque sententiam fuisse, Paulanias L) ostendit, et Macrobius ulterius probat M), Aesculapium, Herculem, Mercurium, Serapin et alios, eosdem ac Solem, vel potius salubrem eius virtutem esse. Neque causa erat, quamobrem Illustr. Spanhemius N) haec Iuliani O) verba aliter, quam symbolice acciperet: „Sed quo nobis omnia reddat, quae ad veram sanitatem pertinent, Aesculapium in mundo gignit.“ Nam quod Sol Aesculapium in mundo genuisse dicitur, procul dubio significat, de aere rem intelligendam esse. Hinc Aesculapius, Solis specie, totus nudus, palliolo saltem ex sinistro humero pendente, cum capite radiato, et gallo ad pedes, est apud Bernhardum de Montsaucon P), qui etiam ex Begero gemmam affert Q),

L) Lib. VII. Cap. XXIII. pag. 583. Vide sis Euseb. Praep. Euang. Lib. III. Cap. XI. p. 112. D. Cap. XIII. p. 120. 121. Hinc Hippocrates, si aliter est, Damageto nauem Aesculapii cum solis signo mittit, cui illud sanitatis addere iubet. p. 1279.

M) Saturn. Lib. I. Cap. XX.

N) Epist. III. §. V. p. 226.

O) Orat. III. p. 152. B. ἐπι δὲ καὶ ὄλην ἡμῶν τὴν τῆς εὐταξίας ζωὴν συμπληροῖ, γεννῶν μὲν ἐν κόσμῳ τὸν Ἀσκληπιόν. Hinc factum esse videtur, ut praeter medicam artem, reliquis quoque omnibus, quarum inventionem Apollini tribuebant, praecessit Aesculapium credent. Nam Iulianus apud Cyrill. scribit Lib. VII. p. 235. Aesculapium cum Musis, Apolline, atque Mercurio, hominum animos erudire, et Ari-

stides Orat. in Aesculapium pag. 39. Tom. I. de omni prope scientia, ab ipso accepta, gloriatur, Denique, quotiens dicendum ipsi est, inuocat: vnde et magni semper habitus sint Medici eloquentes, quos credebant insignem aegrotis utilitatem praestare. Vid. Doctiss. Grotii Excerpt. ex incerto Comico pag. 612. Plato in Gorg. Tom. I. p. 456. Philemon. fragm. in Medico pag. 309. Ed. Clerici, Sextus Empiricus adu. Mathemat. Lib. II. p. 289. Lucian. Quom. Histor. scrib. Tom. I. p. 612. et Auctor Vitae Homeri in Opusc. Mythol. p. 396.

P) Antiqq. Expliqu. Tom. I. P. II. Pl. CLXXXVII. n. 3.

Q) Ibid. Pl. CLXXXVI. n. 2. Meminit huius gemmae etiam Spanhemius Epist. III. p. 234. qui eam an-

in qua sacrificans Aesculapius, cum astro, quod Solis signum, et Luna conspicitur, qualem ex Smyrnaeorum quoque nummis, licet cum Sole tantum, edidit Cl. Mead R). Neque peperam iudicasse mihi videntur, qui Solem, ob magnam fideris in generandis corporibus atque conseruandis virtutem, eundem, quem Aesculapium crediderunt S). Eusebius T) ait: „Hinc „alii Solem, Lunam, et reliqua sidera, vitae corporeae fontes esse, „suspicati, simulque forte ad lucis adsp̄ctum admiratione per- „culsi, Principes hosce Deos ita praedicarunt, vt eosdem rerum „auctores omnium esse, statuerent,„ Hinc Macrobius V), omnia à Sole vitam mutuari, rectissime statuit, et Nonnus X) lucem seu *ἄγλην αἰθέρος*, vt vocat, *βιοτήσιον* nuncupauit, quoniam temperato calore Y), quam hominibus dederat, conseruare pariter vitam, et sanitatem largiri, censebatur. Nam siue nimium feruens sol fuerit, siue aer non tepefactus, corpora mortalium morbis infestantur Z), Hinc pestis caussam, Solem

te Begerum in Electorali Gaza vidit, atque d. l. descripsit.

R) De Numm. a Smyrn. in honor. Medic. percuss. Ex his vnum habet Cl. Vinkius p. 33. qui eo inclinat, vt Ophiuchum potius astro indicatum esse, quam Solem, existimet, id, quod tamen mihi vix persuadebit.

S) Theophrastus in Libro de Igne p. 132. Ed. Furlani ait: *καὶ γὰρ φῶς ἀπὸ τῆς καὶ ἡ γόνιμος ἐν τοῖς ζῴοις καὶ φυτοῖς θεμελίως.* Conf. a Turre Monum. Vet. Antiq. Cap. III. pag. 180. seqq.

T) Praepar. Euang. Lib. VII. Cap. II. p. 299. *Ἐνθεν εἰ μὴ τὰ χροῖμα τῆς ἀναρῆς ζωῆς, Ἥλιον εἶναι καὶ Σελήνην, καὶ ἀστῆρας ὑποτοπῆσαντες, καὶ πῶς καὶ πρὸς τὴν ὄψιν τῶν σῶτος καὶ κληρονομητῆς, πρῶτες θεῶς*

ἀνηγόρευσαν, μόνες ἀπὸ τῶν ὄλων εἶναι ἀποφραγμένοι.

V) In Somn. Scipion. Lib. I. Cap. VI. p. 26. Ed. Gronou.

X) Dionysiac. Lib. XX XVIII. p. 990. v. 18.

Y) Macrob. Saturnal. Lib. I. Cap. XVII. Hinc est, quod eidem attribuitur medendi potestas, quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga est.

Z) Macrob. loc. cit. Cum ergo sint huiusce sideris, id est, Solis, duo maximi effectus: alter, quo calore temperato mortalium vitam iuuat: alter, quo iactu radiorum nonnumquam pestiferum immittit virus: duo eademque cognomina, circa singulos effectus, propriis enuntiationibus signant, appellantes Deum *ἡλιον* atque *παύωνα*. Et his gemina

ut plurimum putauerunt veteres, et grammatici A), Apollinis sagittas, solares radios interpretantur, quibus Graecos, Troiam obsidentes, confecisse fingitur ab Homero B). Multi etiam semper fuerunt in medica illius scientia laudanda, cuius acque ac mellis inuentionem ipsi tribuunt C): atque, ne ad Apollinem veniamus, qui Princeps Medicus Deus est, licet vix diuersus a Sole, Eratosthenes D) prodit, Orionem ab Oenopione excaecatum, ipsa Solis virtute sanatum esse. cui, vel Soli Mithrae E), vel Deo Soli inuicto F), veletiam Aglibo G), frequenter

scripsit, cui non natiuus lepor est, Martianus Capella Lib. I. p. 8. quae, quod nimis longa sunt, integra equidem nolui adscribere, et satis habeo dixisse, ipsum, Apollinem describere, vel salutare auras, vel anhelos ignes, vel torpentis frigoris venena miscentem. Adeat vero, qui plura cupit legere, Phurnut. de Nat. Deor. Cap. 32. p. 228. 229. Auctor. Vit. Homeri pag. 391. seq. et Heraclidis Allegor. Homeri p. 418. seq. in Opuſc. Mythol. Cum vero, hac sua in aere actione, tempestates quascunque excitat, atque sedat, commode huc trahi queunt, quae de Apolline fulguratore magnus Burmannus habet in Diss. de Ioue *καταιβεται*, Cap. XV. p. 329. seqq.

A) Macrob. loc. cit. Vid. Vita Homeri, p. 392.

B) Digitum quidem eo intendit Auctor Vitae Homeri p. 392. quando dicit: "Ὅρα δὲ καὶ τὴν τῆ κινὸς ἐπιτολὴν διηγέται, σημεῖον καὶ αἰτίον τῆτο ἐκλασεως καὶ νοσίου. Λαμπρότατος μὲν ὄψι, κινὸν δὲ τε σῆμα τέτυκται, καὶ τε φέρει πολλὸν πρῶτον δακρυοῖσι βροτοῖσιν, sed plenus et clarus rem exponit in Alleg. Ho-

meri Heraclides, quem videas pag. 419.

C) Tradidit hoc Bocatius Geneal. Deor. Lib. VII. Cap. 65. recentior quidem scriptor, sed in multis tamen, quae ex veteribus hausit, fide dignus. Solem alium a superiore, inquit, in libro naturalis Historiae dicit Plinius auctoritate Gellii, Oceani fuisse filium, matre non expressa. Et hunc dicit medicinae, et mellis fuisse inuentorem, quod pluribus haecenus attributum est, nec propterea admirandum.

D) In Catasteris in Opuſc. Mythol. pag. 127. *Ἐρατόν δὲ ἐπιτὰς ἀνατολῆς, καὶ ἡλίου συμμιξῆας, δονεὶ ὑψηλοῦ ἤματι.* Conf. Apollodor. Biblioth. Lib. I. Cap. III. p. 13. Script. Hist. Poet.

E) Vid. Gruter. Corp. Inscript. p. XXXII. n. 6. II. pag. MX. n. 9. II. p. MLXVI. n. 9. et Reines. ad Rupert. p. 646.

F) Gudii Inscript. p. XXIII. n. 6. G) Singulare prorsus monumentum est Palmyrenum, cum a Grutero vulgatum, tum a Cl. Sponio, quod Medici opem expectabat, in Miscell. Erud. Antiqq. Tab. I. descriptum,

ter pro salute, lapides ponebantur, qualis et hic forte apud Gru-
terum H) est:

IMP. CAES. VESPASIANO
AVG. PONT. MAX. TR. POT.
COS
AVGV RV M. COL
RR. PS.
PRO. SALVTE
AVGG

Ibi enim corona ex quercu cernitur, et mensa, supra quam tri-
pus, et iuxta eam hinc fax accensa, inde lituus et cantharus,
quae quidem pleraque, quia ad Apollinem siue Solem spectant,
non leue pondus meae sententiae addunt. Singularis etiam
nummus est Gallieni apud Banduri I), in quo Sol conspicitur,
cum Epigraphe: Restitutio Generis Humani. et si Hercules,
Bacchus, Mercurius, et qui sunt forte reliqui, non diuersi à So-
le, vel Aesculapio sunt, probabile est, omnia, his Diis pro salute
vota facta, oportere ad Solem referri, qui inde σωτήριος ab Ae-
schylo K) dictus est, et ἀνιξ seu βασιλεύς L), isque μέγας M),
nec

ptum, et Commentario illustratum,
si qui alius est, doctissimo. Verbo-
rum tamen: ὑπὲρ σωτηρίας, etsi id
minutum sit, quod putabunt alii,
non omnino sensum assecutus est. et
si vera sunt, quae de Solis atque Lu-
nae vi saluari dicuntur, et in cor-
poribus effectu, ego quidem existimo,
hoc monumentum, maxime
pro salute et sanitate corporis, vtri-
que Deo possum fuisse. Conf.
a Turre Differt. de Beleno. extl. in
Monum. Vet. Antii p. 282.

H) Corp. Inscr. p. MLXXVI. n. 5.

I) De Numm. Imperat. Tom. I.
p. 177. sed legas, velim, Doctissimi
Viri annotationes.

K) Supplic. v. 221.

Καλεῖται ἀνιξ ἡλιῶς σωτηρία.

L) Homer. Hymn. in Apoll.
v. 413. Vid. Proclus in Theolog.
Plat. Lib. II. Cap. III. p. 90. Julian.
Orat. III. aliquotiens, et Marsham-
loc. cit. p. 477.

M) Galenus de Dieb. Decretor.
Cap. XII.

F 3

nec non magnus N), imo maximus O) Deus, quae, et Aesculapii cognomina fuisse, supra probauimus.

§. II. Verum de his etiam dubitari si non potest, amplius tamen quaerendum est, quod omnino non fecit Spanhemius, num ideo faces in sacris Aesculapii adhibitae fuerint? Primum igitur Solem, cum face, non modo Poetae passim laudant P), sed signum quoque caediferum, quale Martianus Capella Q) describit, ex gemma protulit, et elegantissime illustrauit (Begerus R). Hinc fax vel lampas pro Sole frequens apud veteres aucto-

N) Plato de Legibus Lib. VII. p. 821. Tom. II. *Ω αγαθοι, καταψευδομεθα νυν, ως επος ειπεν, Ελληνες παντες μεγαλων θεων, Ηελιε τε αμα και Σεληνης.* Haec autem astra magnos in primis Deos vocari, in causa esse puto, caput mundi, mentemque ac principem praefertim solem, vtrumque vero fatorem rerum et moderatorem habitum fuisse ab antiquis Philosophis, prout fuisit explicuit Macrobius in Somn. Scip. Lib. I. Cap. XX. et Saturn. Lib. I. Cap. XVIII. et XVIII.

O) Iulian. Orat. III. p. 132. D.

P) Euripidis classicus locus est in Rheso v. 59.

*Ει γαρ φαινοι μη ενδοσχον ηλιε
Λαμπτηρες, εν αν εσχον ευτυχεν
δερν.*

Conf. eiusdem Ion. v. 1467. Med. v. 352. vbi Barnesius videndus est, et Alceft. v. 722. ex Latinis Ennius, qui in altera Medea pag. 212. Ed. Hesselii.

Sol, qui candentem coelo sublimat facem.

Inprimis tamen Lucret. Lib. V. v. 404. 609. 974. et ad ea Gifanii Collect. Grauii Cyneget. v. 422. et alii tantum non omnes.

Q) Lib. I. p. 20. Sinistra autem manu clypeum coruscantem, dextera ardentem facem praeferebat. Caleci vero similes ex Pyropo, quem iuxta Luna (sic enim legi mallem), leni quodam teneroque vultu ex fraterna fulgorem lampada resumebat. Vid. Lib. I. p. 11.

R) Contemplat. Gemmar. quarundam Dactylithecae Gorlaei p. 30. vbi non modo Capellae locum excitauit Vir doctissimus, sed Interpretis quoque verba exscripsit, in qua causa aqua mihi haeret, quid dicam de Interprete, quem neque Vulcanium, neque Grotium esse, ex illis apertum est, quae soli in obscurum hunc auctorem commentati sunt. Conf. Hier. Aleandri Explicat. Tab. Heliac. p. 746. Tom. V. Thef. Antiqq. Rom. Graeet.

auctores legitur S), et Maximus Tyrius T) Solem et Lunam cum pueris *δαδελχοις* in epulis antiquorum comparat. Deinde, licet id minus obuium sit, Eleagabalus Solis simulacrum, thesiae impositum, sollempni pompa, praelatis quoque facibus deduxit, et curules, scenicosque ludos instituit, Herodiano fusius V) exponente. et Achilles Tattius X) *δαδελχοις πυρος* in Serapidis sacris memorat, qui et idem ac Sol fuisse fertur, quod vel nummi demonstrent Y).

§. III. His itaque effecto, faces Aesculapio sacras esse, quoad idem et Sol est, nunc quoque veniamus ad Lunam, de qua quidem cum Sole et Aesculapio in gemma visa, et Diana *δαδελχο* „Spanhemius iam aliqua libavit Z). Macrobius ait: A) „Vitam „vero

S) Secundus Philosophus in Sentent. p. 636. Opusc. Mythol. *Κεχρο-εργημένη λαμπάδα* vocat, et *αδια-λεπτον φέγγος*, Aristoph. autem in Ran. v. 457. *Φέγγος ἰλαρόν*, et Pifidas in Opific. Mundi v. 18. *λαμπάδα φωταόσιμον*. Conf. Cl. Barthius ad Stat. Tom. II. pag. 938. Tom. III. p. 1165.

T) Diff. III. p. 33. Videas ibi Dan. Heinsium, et quae Casaub. in Athen. Lib. III. Cap. II. p. 246. 247. Vrsin. ad Cicer. Orat. Tom. III. P. I. p. 416. et Beger. in Thef. Brandenb. Tom. I. p. 189. de his lampadiferis simulacris dixerunt.

V) Lib. V. Cap. VI. p. 249. seq. Traducit Imperatorem Historicus, quod solem quasi aurigantem carpento impositum, et ipse, ut ministri Dei munere fungeretur, currum antecedens, frenos manibus retinuit, in quo Herodianus dissentire videtur a Ioanne Antiocheno, qui apud Valef. in Excerptis pag. 829. ipsum Imperatorem aurigantem facit. So-

lem aurigantem in quadrigis, et vtraque manu facem tenentem ex nummo Veri describit Occo in Numm. Inpp. p. 308.

X) De Clitoph. et Leucipp. amor. p. 277. Vide sis Euseb. Praep. Euang. p. 94. A. B. Rarum, imo singulare prorsus monumentum est in Museo Florent. Tom. I. Tab. LV. n. 3. in quo Serapidis caput est, ante quod positum candelabrum cum lucerna ardente, quod scandit mus, cuius minus quidem quam lucernae ratio in promptu est, facili negotio ad *δαδελχοις* Deo sacras referendae.

Y) Conf. Pignor. Exposit. Mens. Iffacae Cap. I. Cuperi Harpocrates, et Maior. Diff. de Sarap. radiato, vbi in nummo Domitiani p. 4. *Ἦλιος αὐράτης* dicitur, et, si consecra res est de sole atque Aesculapio, nihil interest, vtrum hos sequamur, an alios, qui Sarapin ob medendi scientiam pro Aesculapio habent.

Z) Epist. III. ad Morell. p. 234.

A) In Somn. Scipion. Lib. I. Cap. XVIII.

„vero nostram praecipue Sol, et Luna moderantur. et Auctor
 „Vitae Homeri B) haec memoriae prodidit: „Nam in vniuer-
 „sum, virorum salutem et exitium, Apollini: multierum Dianae,
 „hoc est, Soli et Lunae acceptum ferunt.„ Cuius Deae co-
 „gnomina quod attinet, siue Lucifera audiat C), siue Hecate apud
 inferos sit D), aut Phoebe E) et *Πορόνια* F) dicatur, quo nomi-
 ne semper facem gerit, abunde mihi est, quod nummariae rei
 scriptores dixerunt. Notatu tamen dignum est, quod Euna-
 pius G) ait, simulacrum Hecates, cum facibus inaccensis, in tem-
 plo Deae fuisse, quas praestigijs accenderit Maximus Philoso-
 phus. et signa huius Deae alia, cuius quidem rei Lycophron H)
 meminit, *λαμπαδεχίαις* aliquando culta sunt.

§. III.

XVIII. quibus mox addit: Sic tri-
 usque luminis beneficio haec nobis
 conflat vita, qua fruimur.

B) In Opusc. Mythol. p. 392. *Καί γάρ τό όλον, τήν τε σωτηρίαν καί τον σλεθρον, των μὲν ανδρων, τῷ απόλλωνι, των δε γυναικων τῷ αρετειμίδι, (τατέσι τῷ ἡλίῳ καί τῷ σεληνῇ) ἀνατίθησι.*
 Hoc nomine frequenter Lunae pro salute vota fecerunt veteres, qualia sunt apud Gruter. p. XXXX. XXXXI. XXXXII. M LXVIII. et apud Gudium pag. XXX. n. 10.

C) Graecis haec *Φωσφόρος* siue *Φωσφόρος* vocata est, cuius rei hanc rationem suppeditat vetus Enarrator Aristoph. *Lystr.* v. 444. *Τῆν ἀρετειμν ἔπως ἐμάλεν, ἐπει δὲ ἄρδεχρος ἢ αὐτῇ τῇ ἐκείνῃ.* Nam facem perpetuum Deae signum esse, veterum testimonii Banduri adstruit Tom. I. p. 219. et alibi saepe. Vid. Barnef. ad Euripid. *Iphig. in Taur.* v. 21. Bifet. ad Aristoph. *Thestroph.* v. 865. Cuper. in *Confecr. Homer.* p. 179. et Spanhem. ad Callim. p. 131.

Ob duplicem facem, quam vt plurimum tenet, *ἀμφίπυρος* a Sophocl. *Trach.* v. 213. et *διπύρες λαμπαδάς ἔχων* ab Aristoph. in *Ran.* Act. V. Sc. II. v. 1406. nominatur.

D) De hac inferorum Dea ita exponit graecus interpres Theocriti ad *Idyll.* II. v. 12. pag. 21. Ed. Oxon. 1699. *Καί νῦν Ἀρετιμν καλέται, καί φίλας, καί ἀρδεχρος, καί φωσφόρος, καί χθονία.* *Πατρων* vocat Nonnus *Dionys.* XXVIII. p. 752. v. 26. eamque facem piceam tenentem facit *Lib.* XXXVIII. p. 1150. v. 4. nec temere *δαίτην* illam vocatam putant ab Apoll. *Rhod.* *Lib.* III. v. 846. Vid. Voss. *Idolol.* *Lib.* II. Cap. 29. p. 227. Sebert. ad Polluc. *Lib.* I. *Segm.* 35. III. Spanhem. *Tom.* II. p. 127. et Reines. *Syntagm. Inscript.* p. 105.

E) Nemesiani *Cyneget.* v. 130. Mox cum se bina formarit lampade Phoebe.

F) *Pausan.* *Lib.* VIII. C. XV. p. 632.

G) *Vit.* *Philosoph.* p. 11. 73.

H) *Cassandr.* v. 1179.

§. IIII. Sed in altero argumento, quod Illustris Spanhemi-
 us I) assert, vt aperto dicam pectore, cum Doctissimo Viro
 ego facere non possum. Quamquam enim recte se habeant,
 quae de peruigiis nocturnis, apparitionibus Dei, ac remediis
 praescriptis, nec non sacris, in fano Aesculapii, *λυχνος*, ex Ari-
 stide atque Aristophane, Spanhemius attulit: tamen, effici ex illis
 posse, vix puto, quod, in Aesculapii sacris, faces accensae, Dei-
 que simulacro, in pompa, praelatae sint. Nam, quod Aristides
 complures noctes in delubro Dei peruigilauit, non semper
 morbi causa fecit, sed ob singularem religionem numinis et
 venerationem, quod quidem non peruigilantibus aegrotis, sed
 insomnia capientibus, varia specie, apparuit, et pius, nec morbum
 nutrientibus, medicinam monstrauit K). Tunc autem extin-
 ctas lampades, et quietem a sacerdote imperatam fuisse, expres-
 se dicit Aristophanes L):

- - Cum vero lychnos exstinxisset,
 Dormire nos iussit, Dei
 Minister.

Et quandoquidem ex his quoque pateat, lychnos ardentes, in
 fanis Aesculapii, fuisse, si quis, lampades, hanc ob causam, Deo
 praelatas esse, statueret, aequè deberet concedere, aliis numi-
 nibus, in quorum fanis perpetuus ignis alebatur, eadem de caus-
 sa sacras faces fuisse, quod tamen veterum scripta copiose refel-
 lunt.

§. V. Denique vnus prope, totum negotium conficit, Ari-
 stidis locus, quem proinde, licet Vir Illustris iam excitauerit M):
 „nobis

I) Epist. IIII. §. 7. p. 235.

K) Philostr. Vit. Apoll. Lib. I. p.
 10. II. Epist. XXII. pag. 922. et Dio
 Cassius p. 876. Ed. cit.

L) Plut. Act. III. Sc. II. v. 668.

- - ὡς δὲ τὰς λυχνὰς ἀποσβέσας,
 Ἡμῶν παρήγγελος καθέσθαι, τῶ
 Θεῷ
 Ὁ πρόπολος.

M) Epist. IIII. ad Morell. p. 236.

„nobis tamen, integrum huc transcribere, fas erit N): „Hic
 „enim celeberrimum Aesculapii, in vniuersa Asia, fanum, et affi-
 „duo lucens igni focus, atque asylum exstructum est, et ami-
 „cae faces cunctis hominibus a Deo hic eriguntur, qui eos ad
 „se vocat, ac prorsus verum splendere lumen facit.„ De ami-
 cis, quas dicit, facibus, ego quidem existimo, et vero quam ma-
 xime

N) Orat. de Concordia Tom. I. p. 520. *Εστία γάρ, Ασκληπιῆ τῆς Ἀσίας, ἐν ταῦτα ἰδρυμένη, καὶ ταῦτα δὴ φροντοὶ φίλοι πᾶσιν ἀνθρώποις εἰσρονταὶ παρὰ τὸ Θεῶν καλῆντος τε τοῦ αἵλου, καὶ μάλα ἀληθινὸν φῶς ἀνίσχοντος.* Quae verba, quod aliter latine reddidi, maluique ego vulgatam lectionem sequi, quam cum Spanhemio aliqua immutare, haec quidem fuit ratio. Seruant dictam lectionem, quantum scio, impressi libri omnes, et illud quoque splendidum exemplar Oxoniense, ex quo hic adscriptimus: quare, deficientibus MSS. Vir Illustris particulam καὶ inferere, nisi ex ingenio, non potuit. Est autem sensus, quem quidem nos expressimus, satis commodus, atque, si curatius consideres, multo, quam ille Spanhemii, probabilior. Et enim Tacitus, quem ipse Vir Illustris excitat, memoriae prodidit, in delubro Aesculapii, apud Pergamenes, asylum esse, quod *ἑστία* vocari, Budaeus atque ipse Spanhemius Epist. III. p. 215. asserunt: verum, de Asiae prytaneo, quod *ἑστία* hic significare putat, neque Ipse attulit, quae multum huc faciant, neque ego, qua sum his in rebus imperitia, aliquid in Historicis antiquis legi. In hoc sane mihi frustra esse, non videor, si et amicae illas faces, quas

hominibus accendit Aesculapius, et τὴ *Φλανδράπε* cognomen, de quo Cl. Schwartzius egit, ob eandem causam, Aesculapio adscripta esse, puto. Tradit quidem Illustrissimus Spanhemius, vidisse pariter hunc locum Reuerendiss. Harduinum, eumque, occasione facium in nummo Trianensium, illustrasse, sed Trifiani, cuius magna sunt in nummariam rem merita, et qui, qua erat his in rebus diligentia, cum Aristidis locum, tum verum eiusdem sensum nouit, mentionem omnino non facit. Ego tamen non committam, vt laude sua debita fraudetur Vir doctissimus, digna putans ipsius verba, quae hic integra legantur: Mais ce que je remarque en suite de cela, n'est pas connu de tous, sçavoir qu'il y avoit ordinairement dans son temple autant de flambeaux entretenus, qu'il en falloit pour tous ceux, qui s'y étoient vouëz, et cela du revenu du Temple, comme si ce Dieu les leur donnoit pour symbole, et pour marque de ce qu'il leur entretenoit la vraie lumiere de la vie, (ce dit Aristides). Voyez aussi Philostrate livre quatrième. Comment. Hist. des Césars Tom. I. p. 642.

xime est simile, Aristidem ad *Φρυγίους*, siue *πυρσούς* illos, in bello visitatos, respexisse, quorum iam ante meminimus, quod *πεδέμοι*, in turre quaquauerfum moti, hostis incursum, *Φίλοι* autem, sublatis modo atque erecti, auxiliū aduentum indicarunt. Quae cum ita sint, dubium non est, quin amicae illae Aesculapii faces, signum magni beneficii, hominibus dati, esse debeant. Quem mysticum sensum inuestigaturi, causam simul cognoscemus, quamobrem Aesculapio, siue Soli, et Lunae, et omnibus Diis salutaribus, faces praetulerint. Lucem itaque, praeter quod de ignis virtute, et facium vsu in sacris diximus, non modo vtilem rem, atque commodam, sed magnae etiam salutis et causae signum esse, semper statuerunt: vnde Virgines Vestales Ciceronis vxori apud Plutarchum O) indicant: „magnum, ei (Ciceroni) a Deo adferri, ad salutem et gloriam, lumen.,, Praecipue autem id hoc loco animaduertendum est, veterum Philosophorum complures existimasse, cuncta ex igne procreata P), et animam Q) quoque, et quam sua virtute in corporibus facit conseruatque, igneae naturae, vitam esse. Hinc ardens, et elata fax vitae signum erat, quod in antiquis monumen-

tis

O) In Cicer. Tom. I. p. 870. C. Vid. Artemid. Lib. II. Cap. VIII. et XXXV.

P) De Empedocle potissimum ita scribit Origenes in Philosophum, Cap. III. pag. 49. Ed. Wolffii. *Καὶ τὸ τῆς μονάδος νοσῶν πῦρ τὸν θεόν, καὶ συνεστάναι ἐν πυρὶ τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθῆσθαι.* Vid. Cl. Ménag. ad Laert. Lib. VIII. Segm. 7. pag. 396. Tom. II.

Q) Confutat hanc Philosophorum, de animae origine, atque natura, sententiam Philosophus, et ingeniose disputat. De Part. Animal. Lib. II. Cap. VII. p. 495. Tom. II. Ed. du Vall. Ortam tamen ex igne ani-

mam esse, Philo Iudaeus prodit de Vita Mosis Lib. I. p. 617. ignemque ipsam vocat Plutarch. in Camill. Tom. I. p. 139. et Lactant. de Orig. error. Lib. II. Cap. XIII. de Opific. Dei Cap. XVII. lumen vero est eadem Plutarch. Tom. II. p. 996. A. et p. 1130. B. Conf. Cl. Barth. ad Stat. Theb. VI. v. 881. 882. p. 621. Lib. X. v. 111. p. 1134. Tom. III. Gataker. ad Antonin. pag. 140. seq. et qui plene rem exposuit ex antiquis Macrobi. in Somn. Scip. Lib. I. Cap. XIII. De Prometheo, hominem ex luto fictum, flamma coelestis admota, animatum reddente, videas Bernh. de Montfauc. Tom. I. p. 24.

tis expressum cernitur R), et vel his indicauit Antoninus Libe-
 ralis S): „Egressus autem contra Curetas, periit: cremata a
 „matre face, quam ei Parcae dederant. Nam hoc fatum Me-
 „leagro dederant, vt tamdiu uiueret, quamdiu fax ista duraret. „
 Verum depressa T), vel exstincta V) taeda, mortem significa-
 bat. quapropter Somnum, qui frater mortis apud Poetas X)
 nominatur, non raro in antiquis monumentis, cum inuersa face,
 et tantam non exstincta, scalprum videmus Y). Persaepe ta-
 men Graeci pariter atque Latini Poetae, vitam *Φῶτα*, *Φέγγος*,
 Lucem, Lumen atque Lampadem vsurparunt Z), vnde vero
 vel maxime est simile, Grammaticos Lucinam, in cuius tutela
 puerperae erant, a luce nominasse, quam nascentibus dat, ipsam-
 que

R) Beger. Spicileg. Antiq. p. 148.

S) Metamorph. Cap. II. p. 14. seq.
 Ed. Munckeri. *Ὁ δὲ ἀνεστὶς ἐπὶ
 τὴν σφατὴν τῶν Κεχρητῶν, καὶ αὐτὸς
 ἀποθνήσκει, τῆς μητρὸς ἐμπροσθεν
 τῶν μοιρῶν αὐτῆ ἑσθὲντα δακνῶν. Ἐ-
 πένκωσιν γὰρ ἐπὶ τούτων αὐτῶν
 ἑσθῶσαι χρεὼν, ἐφ' ὅσον ἂν ὁ δακνὸς
 διαμένει.* Conf. Seruius ad Virgil.
 Eclog. VIII. v. 29. Ed. Maastricij.
 Artemidor. Lib. II. Cap. VIII. Sca-
 lig. ad Manil. pag. 265. et Beger. in
 Spicileg. p. 148.

T) Elegans sepulchrale monu-
 mentum est apud Boissardum Anti-
 q. Romm. Lib. II. Fig. CXIII. vbi
 inter alia mortis signa, quale fractus
 arcus est, et duae in uersae faces con-
 spiciuntur. Vid. Beger. loc. cit.

V) Antholog. Lib. III. Cap. XII.
 Epigr. III. p. 326.

*Ἄν δ' αὐτῆ καὶ Φέγγος ἐδαδάχεν
 παρὰ πᾶσιν
 Πένωμ, καὶ Φθιμένα νέσθεν ἔφω-
 νον ὄδον.*

X) Homer. apud Plutarch. de

Consol. ad Apollon. Tom. II. p. 107.
 vbi et alios inuenias auctores. Conf.
 Cl. Muncker. ad Hygin. Tom. I.
 pag. 1.

Y) Plures tales sunt in monu-
 mentis Boissardi, vnum tamen dedit
 Ill. Spanhem. ad Callim. p. 459. et
 Beger. in Spicileg. p. 106.

Z) Frequentissimum id est apud
 Latinorum facile princeps, Lucreti-
 um atque Virgilium, vt nihil di-
 cam de Euripide, vbi ad Alceste. 120.
 videndus est Aemilius Portus, et, qui
 horum aliqua libauit, Palmer. in
 Spicileg. p. 796. Thes. Crit. Grut.
 Tom. III. Hinc luminare quoque
 est apud Poetas passim, pro, vitam
 reddere: in quo tamen aliquando la-
 bi videtur Barthius, Criticorum non
 postremus, in Annot. ad Paulini
 Carm. p. 73. vbi, tres integros versus
 minus recte constitutos, putans, ali-
 qua emendat, et hoc quoque voca-
 bulum, quae Criticorum formula
 dicendi est, Paulino restituere,
 omnibus viribus contendit.

quae Deam, ardentem facem gerere, quae vitae signum est A). Habuerunt autem antiqui, Lucinam, recens natis, non modo vitam largiri, sed conseruare etiam, licet id minus vulgatum sit, posse, quae saltem Statiliae sententia fuit, vti haec inscriptio apud Reinesium B) euidenter demonstrat:

IVNONI. LVCINAE
PRO. FILIA. PARVA. LABORANTE
SVSCEPTO. VOTO
STATILIA. D. D.

Testatur etiam Artemidorus C), lucernam, splendide ardentem in somno visam, bonam omnino esse, et aegrotis sanitatem significare. quam, vbi Ariftides praedicat, quod multis laborantibus restituerint Podalirius atque Machaon, his inter alia verbis, vtitur D): „Qui plures iam morborum fluctus sedastis, et multas lucidas faces in infulis pariter ac continente accendistis. „
Cum

A) Perplacet aliis a luco deriuare, qui Iunoni Romae, in Exquiliis, sacer erat, quod, qui putant, vident, quo iure, idem nomen, Dianae inditum, ab eadem formari voce possit. Meam vero non parum iuuat sententiam, atque firmat, Iouem Lucetium pariter a luce descendere credi a Grammaticis, fidem faciente Gellio, cuius verba, ad Festi locum explicandum, allata iam video a Viris doctis p. 207. De Lucina tamen non pigebit legisse Martian. Capell. Lib. II. p. 37. vbi et lucetiam affirmat dici, et, qui ad Plin. Tom. I. p. 257. n. 17. Ed. fol. doctissime id disputauit, Reuerend. Harduinum. Pergamus ad faces. Pausanias de Lucinae signo facem tenente haec prodit: Lib. VII. Cap. 23. p. 582. Ἐλευθερία δὲ ἐκασμῶν τις

ἀν' ἐνοχῆ δόξας, ὅτι γυναικῶν ἐν ἰσῶ καὶ πύρ εἶτην αἰ ὠδύνας. Ἐχρῶεν δ' ἀν' λόγον καὶ ἐπὶ τοῖσδε αἰ δόξας: Ὅτι εἰ λείθουα ἔσιν ἢ ἐς Φῶς ἀγαθοὶ τὰς πᾶσδας. Viraque sententia videtur mihi stare posse, et est prior certe satis ingeniosa: inclinant tamen recentiores magis ad posteriorem, de qua vide sis Pedrusi in Mus. Farnes. Tom. III. p. 301. Tom. VII. p. 178. et Tom. X. p. 159. 160. Cl. Liebe Goth. Nummar. p. 214. 215. et Reinesii in Syntagm. Inscript. p. 105.

B) Loc. cit. pag. 57. n. 30. quem videas.

C) Lib. II. Cap. VIII.

D) Orat. in Asclepiad. Tom. I. p. 46. Οἱ πολλὰς μὲν ἤδη τρομμίας κατεπαύσατε, πολλὰς δὲ καὶ εἰληνὸς λαμπτήρας ἔντε νόσοις καὶ κατ' ἡπείρου ἀνήθατε.

Cum itaque huius loci, quod faces attinet, idem omnino, qui prioris, sensus est, satis quidem probabile esse, ego existimo, et, si, cum reliquis, hanc in rem adductis, contendo, prorsus effectum, Aesculapium scilicet, ideo praelatis facibus cultum fuisse, quod, sanitatem hominibus reddendo, vitam corporum seruauit, atque produxit. et parum abest, quin credam, Aesculapium, vel ex hac quoque causa, μέγα θεοτόσι φάρος ab Aristophane E) vocari, cum et Hippocratem, ob medendi artem, qua plurimos seruauit, et vitae quasi lumen splendere fecit, vetus Poeta F) μέγιστον φάρος dixerit.

CAPVT VII.

Cur Aesculapius a Centauris uetus? Centauri signum Solis. Dissensum a Spanhemio. Chiron Centaurus. Clerici sententia examinata. Ars Chironis ueterinaria. Aesculapius mulomedicus. Hieroclis uerba emendata, et interpretata. Dissensum ab Harduino. Alii Dii, quibus Centauri sacri. Nummi Traiani expositio contra Tristanum.

§. I.

Effeci capite nouissimo, ut de facibus, Aesculapio praelatis, quod ille lucem quasi vitae hominum conseruat, dubium esse amplius non possit. Sunt tamen complura adhuc in nummis, ex quibus id declarauimus, quae, licet nil omnino ad tae- das faciant, ut Deo fuerint accensae, possunt tamen hic, varias ob

E) Plut. Act. III. Sc. I. v. 640. Vide sis ad hunc locum interpretes. Cl. Bentleius pro φάρος, φήγος legere iubet, in quo tamen ipsum frustra esse, dicit Kusterus, nec male, quod uidetur. Conf. Iungermann. ad Polluc. Lib. VI. Segm. 103. p. 620. Tom. I. et Hemsterh. ad eundem Lib. X. Segm. 117. p. 1295. Tom. II. et Stanlei. ad Aeschyl. Aga-

memn. v. 292. p. 792. Nolo tamen nimium considerare huic Comici loco, qui αιατοφάρον uocat paullo inferius numen medicum, et pro more id genus hominum, uel optime dicta in ludibrium uertit, atque Deos ipsos ludum iocumque facit.

F) Antholog. Lib. I. C. XXXXII. Epigr. I. p. 85.

ob causas, facile non praetermitti. Etenim, cum nos supra dixerimus, sacra ut plurimum Diis animalia, ad thesas iuncta esse, quibus simulacra vehebantur: hic tamen prorsus singulare est, et inauditum, Aesculapium nunc in thesa yehi a Centauris, nunc manibus gestari, taedis praelucentibus. De Centauris copiose iam dixerunt Harduinus G), et Spanhemius H), cui, quod ex nummis notum est, sacros Soli vel Apollini Centauros fuisse, vel hanc ob causam probabile visum est, monstra haec Aesculapium quoque, Apollinis quippe filium, vel Solem ipsum, in thesa vehere. Ego vero, quanquam is non sim, qui plus videre velim, ipso Spanhemio: hic tamen habere mihi videor, cur in dubium vocare queam, Viri Illustrissimi sententiam. Sunt quidem, quod scio, omnes Gallieni nummi I), qui Centaurum sagittarium habent, cum Inscriptione: Apollini Conf. Aug. vnde verisimile est, non vulgarem eius monstri in his nummis signati causam fuisse, sed singularem omnino, iisque temporibus congruam, quibus, cum Gallienus saepe bella gereret in Asia, Eum, Sagittarium Apollinem inuocasse, quod et ipse Spanhemius indicat K), non temere credimus. Etsi autem, quod ad iaculandi artem, Solis symbolum Centaurus sit, ex eo tamen non efficitur, illum,

G) De Numm. Popul. et Urb. p. 352.

H) Epist. III. ad Morell. §. V. p. 225. seqq.

I) Nondum conuenit inter eruditos, cur quidem Gallienus praesertim, totiens in nummis Centaurum, eumque nunc Sagittarium, nunc globum et gubernaculum gerentem, signauerit. Quanquam enim plurimi contendunt, Gallienum, expeditionem in Orientem suscepturum, Solem, tanquam tutelarem exprimere voluisse: tamen, in

omnia alia abeunt Pedrosi ad Mus. Farnes. Tom. III. Tab. XII. Fig. 7. 8. de Bic Numism. aur. Inpp. Rom. p. 106. et Cl. Banduri Tom. I. p. 212. exflinat, Gallienum, cum pestis faeuiret, omnes Deos inuocasse, idque in nummis, per animalia Diis sacra, voluisse exprimere, vnde his in nummis Chironem Centaurum signauerit. Vid. Oisiel. Thes. select. numism. p. 175.

K) De Praest. et Vsu Numism. Tom. I. p. 280.

illum, quatenus Apollo hominibus salutaris, eoque nomine idem ac Aesculapius est, Soli sacrum fuisse.

§. II. Minus a vero abhorrent, quae de Chirone Centauro, praeceptore Aesculapii monuit, et quo nomine Centauri, Deo Medico sacri habiti, ad thesam illius iuncti sunt. De hoc Saturni et Philyrae L) filio, quem geminum vocat Stadius M), et qui, ob pietatem atque sapientiam, omnibus laudatus est, alio iam loco diximus. Leguntur autem complures, apud auctores, causae N), cur Chironi, Centauri nomen inditum fuerit, quarum, quae equorum curam spectat, videtur mihi esse maxime probabilis. et quanquam Doctissimus Clericus O) eo inclinet, vt Chironem ab equos domandi P) arte, magis quam a mulomedicina Q), nomen traxisse, existimet: ad vtrumque tamen, quod

L) Virgil. Georg. Lib. III. v. 550. vbi vid. Seruius. Conf. Scholia in Pindar. Pyth. Od. III. v. 1. p. 215.

M) Silii. Lib. I. Carm. III. v. 98. Vide sis Tiraquell. de Nobilit. Cap. XXXI. Quod gemini nomen, quemadmodum ob duplicem naturam, qua constabat, Chironi inditum fuit, ita quoque, cum hac de causa, tum propter vitam, quam in Pelio monte agebat, agrestem, *Φῆρ' ἀγροτέρων* Chironem vocauit Pindar. loc. cit. v. 8. p. 216. vbi vid. Scholia, et Barth. ad Stat. Tom. I. p. 177. Fertum autem apud Lucret. Lib. II. v. 400. male ad Chironem detorquent Interpretes, quod ego, Doctiss. Creechium secutus, de tristi ac tetra Centaurii sapore intellego.

N) Recensuit has auctorum rationes, et diiudicauit Cl. Clericus p. 30. vbi figuram Chironis profert, quae sinistra ardentem faciem tenet, et quam, vnde sumserit, non indi-

cavit. Ceterum, cur duplicis naturae, seu *διφυῆς* esse, fingatur a Poetis, singularem causam legas apud Suidam in voce *Σαρπηπίων*, Tom. III. p. 285.

O) Loc. cit.

P) De Thessaliae populis, inter quos Centauri erant, et qui primi equos conscendisse, sicque procul conspecti, pro Centauris habiti esse, dicuntur, abunde quidem constat: Tzetzes tamen Chil. VII. Hist. 94. scribit, Chironem *τῆν ἰππικὴν* inuenisse, quam non solum de equitandi arte, sed de omni etiam equorum cura, accipio. Vid. Manil. Astron. Lib. V. v. 26. pag. 119. Ed. Scalig.

Q) De hac animalium cura Chironem librum condidisse, quem Hippiatrica dixerit, indeque Centauri nomen retulisse, Suidas memoriae prodidit in voce *Χείρων* Tom. III. p. 668. Singularia tamen sunt

quod non raro iuncta sunt, commode satis respici hic posse, contendo. Temere autem non est, quod credunt nonnulli, Ducem Centaurorum R) artem medicam inuenisse, quam vtramque edocuit Aesculapium, et ob quam pariter ac alia Homini- bus beneficia reddita, post fata, in Deorum numero habitus est S).

§. III. Est tamen Aesculapius, vel ideo potissimum, a Centauris geminis vectus atque gestatus, vt argute acuteque Spanhemius coniiicit, quod non hominum modo seruator esse, sed etiam equorum curam gerere, censebatur. Adscribam, quo fidem rei faciam, Hieroclis T) locum, singularem prorsus, et qui sine dubio vnice huc facit: „Sed inuocandi nobis fuerint „huius operis adiutores, Neptunus equos curans, et generis „humani seruator Aesculapius, cui sane etiam equi curae sunt: „Et si opus erit, digne meminisse Chironis Centauri, et qui in „Pelio reliqui commorantur,„. Quam igitur à Chirone Centauro edoctus est, ipseque exercuit, mulomedicinam, Aesculapius

sunt de hac Chironis veterinaria, Manilii verba, quae hic omitti, nisi a negligente, non possunt.

Ille tenet medicas arteis ad membra ferarum, Et non auditos mutarum tollere morbos.

Lib. V. v. 29. p. 119. vbi vid. Scaliger p. 390. qui tamen de voce: mutarum, frustra carpit Manilium, quem, quod ex frequentibus versibus apparet, mutas feras vocasse, censeo, quia malum declarare, et medicinam petere nequeunt. Conf. Bocatinus Lib. VIII. Cap. 8.

R) Homer. in Fornac. v. 19. Tom. II. p. 568.

S) De medica scientia Chironis, praeter quod de herbarum notitia

dictum est, videas Cadmum apud Euseb. praepar. Euang. Lib. II. C. II. p. 55. C. et Papinium Achill. Lib. II. v. 445. seqq. Et, de aliis meritis, cum supra iam fusius dictum est, ex Scholiaste Pindari notasse sufficiat, eum animum habuisse προσφλέξαν τον τοίς ανθρώποις. Cum vero, vt fabulae ferunt, venenata Herculis sagitta laesus esset, et immanes inde dolores sentiret, immortali sanguine genitus, petiit, vt moreretur, quo facto in Deorum numero denuo relatus est, prodente Pausania Lib. V. Cap. XVIII. p. 426. et Sophocle, qui θεόν nuncupat, Trachin. v. 716.

T) In Praefat. Medic. Veterinar. p. 3. Κελεύειθω δὲ ἡμῶν συμφορῆς τὰ λόγῳ τὰ δὲ (leg. τὰς) Ποσειδῶν τε Ἰππείους

pius filii posterisque videtur tradidisse. Nam Lycophron V) prodit, cuius iam supra rei meminimus, Daunios Calabrosque, cum pestis gregem inuassisset, super Podalirii sepulchro incubantes, pro sua gregumque salute, oracula accepisse: vnde sine dubio mos in ouium pellibus cubandi, quod Daunii fecerunt, ad posteros transit X). Quod tamen primo loco hic monendum erat, idem Lycophron Y) de Veterinaria ita scribit:

Adiutorem inuocabunt Aesculapii filium,
Vt ciuibus veniat et gregibus propitius.

§. IIII. Ego vero, quid de Nicaensium mummo, et alio Caracallae, statuam, quos pariter ad Aesculapium veterinarium referunt

ἰατρικῶς, καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων γέρας
σιστη Ἀσκληπίου, ὃ πάντως παρὰ καὶ
ἰατρῶν μέλει ἐν (leg. αὐ) δὲ τι (for-
te δὲ τε) χεῖρονος τῶ κένταυρος, ἰγὴ
τῶν ἐν πηλῶ διατριβῶν ἀξίως μεμ-
νηθῶσι. Quem ita ex Ill. Spanhem.
Epist. IIII. p. 228. deiciimus, cum
nobis nec graecum, nec latinum
exemplar suppeteret, minus quidem
integrum locum esse, statuimus, aut
quo magis inclinamus, non totum
ab Ill. Spanhemio exscriptum. Nam,
quae ad Chironem verba pertinent,
ad sequentia referri debere, affir-
mauerit, qui vel semel verba lege-
rit, et multo adhuc obscurior futurus
sensus esset, nisi cum aliquas mendas
abstersissem, tum nouam quoque
adiecissem interpretationem, ap-
probante scilicet Doctissimo Viro,
cuius ope, in hac opella conscriben-
da, insigniter me adiutum esse, pro-
fiteor. Quod si tamen alicui copia
sit, graecum textum in ipso li-
bro legendi, meque in aliquibus la-
psum esse, deprehendat, vt me be-

neuoie meliora edoceat, omnibus
precibus contendo.

V) Cassandr. v. 1050. seqq. p. 113.
Conf. ibi Tzetzae Scholia, et Ol-
Meursius p. 88.

X) De hoc ritu fufe disputat, et
Lycophronis quoque locum excitat
de la Cerda ad Virgil. Aen. Lib. VII.
v. 88. seqq. Tom. III. p. 19. Existi-
mo tamen, nec apud quascunq;
gentes vlitatum, nec constantem
quoque hunc, pellibus incubandi, ri-
tum fuisse, quandoquidem apud
Graecos aequae ac Romanos, qui so-
mmo consilia petere volebant, in le-
ctis cubasse, frequenter apud anti-
quos legimus. Ceterum elegantissi-
mus Strabonis locus est, Lib. VI.
Cap. XXVII. p. 317. quem Meursius
iam adduxit, et, quem si aliquis cum
illo Lycophronis contenderet, noua
plane lux illi affundi posset.

T) Loc. cit. v. 1054.

Ἀγωνὸν ἀνθρώπων ἦ τις γόνον
ἀγῶσι καὶ ποιμνῶσι πρὸς μὲν ἰα-
τρῶν.

De

ferunt Harduinus Z), et Spanhemius A), dubius omnino animi haereo. Saltem in Harduini B) sententiam, quod ad Caracallae nummos pertinet, ire non possum. Quamquam enim dubium non esset, quin draco tripodis incumbens, qui in altero numismate cernitur, et quem potiore iure ad Apollinem refero, Aesculapium significaret: inde tamen, qua ratione Harduinus id fecit, colligi posse, vix puto, equum pascentem, quem in altero nummo videas, Aesculapii veterinariam indicare. Id vero nihil impedit, quo minus firma maneat Ill. Spanhemii de Aesculapio, hominum Conservatore, et Veterinario, sententia, quo Ipsi nomine, in diæts Pergamenorum nummis, mixtae ita naturae, ac gemina inde diæta, animalia addita fuerunt. Quae singularis ratio cum de Aesculapio valet, aliae sane quaerendae causae essent, quamobrem praeter Apollinem, de quo diximus, aliis quoque numinibus, Baccho C), Herculi D), Iovii E), Neptuno F), Dianae seu potius Victoriae G), et qui for-

De Aesculapio, quem *Ἐπίου* vocat, confer sis Tzetzen, et Cl. Schwartz. loc. cit. p. 30.

Z) De Numin. Popul. et Urb. p. 352. 508.

A) De Praest. et Vsu Numism. Tom. I. p. 288.

B) Loc. cit. p. 508.

C) Notissimum inter haec, nimen Bacchus est, saepe solus vel cum Ariadne in curru a Centauris tracto, portatus. Magnificam eius pompam in curru a binis Centauris, quorum alter thyrsum, alter facem gerit, et totidem feminis Centauris, altera tibiam insilante, altera pulsante tympanum, egregie sane explicuit, et omne quasi Centaurorum servitium descripsit Cl. Buonaroti in Ostermaz. Istor. sopra alc. medagl. p. 427. seqq. Alia exempla videas

apud Bernh. de Montfaucon T. I. Pl. LXXXVI. et Pl. CLV. qui ambo, ob vinum potissimum id factum esse, existimant, ad stipulante Cl. Begero Thef. Brand. Tom. I. p. 192.

D) Vid. Buonaroti loc. cit. p. 428.

E) Pergamenorum nummus est, in quo Iupiter Dianae Epheviae simulacrum manu gerens in curru vehitur a binis Centauris, quorum dexterior cratera tenet, sinisterior baculum cum capite asinino, humeris impositum. Vid. Harduin. loc. cit. p. 392. Spanhemius Tom. I. pag. 282. et Vaill. Numism. Graec. loqu. p. 72.

F) Spanhem. loc. cit. p. 283.

G) Dianae Centauros tribuit ex nummo Traiani Cl. Trifstanus T. I. p. 404. cum ob velocitatem in currendo, tum propter venationem, cu-

te plures sunt, adscripti fuerint Centauri: quas tamen rationes, cum diligenter iam tractauerit Ill. Spanhemius H), nec multum ad rem nostram faciant, ego vterius non inuestigabo.

CAPVT VIII.

Dii reliqui deæ & xoi. Ceres. Venus et Cupido. Faces inter Cupidinis et puellarum arma. Furiae. Rhea seu Cybele et Iuno. Minerva, Vulcanus, Prometheus atque Pan. Bacchus et Comus Deus. Iupiter, Apollo et Poesis. Conclusio.

§. I.

Veniamus nunc, confecto, de Aesculapio, a geminis Centauris, in thesa, vecto, negotio, ad considerationem reliquorum Deorum, quos, vel sculptores in antiquis monumentis, vel, in quocunque scriptorum genere, auctores veteres taedas praeferre, sicque *deæ & xes* esse, sinxerunt. Ex his de Diana atque Sole iam verba fecimus, quibus prae aliis adscriptas faces fuisse, cognouimus. et de Cerere, eiusque festo, Eleusinia dicto, singularem librum Meursius I) composuit. quapropter iis quidem longius non immoraturi, ad alia numina progrediamur. De Cerere tamen, quod in nummis obuium est, monere expedit, faces, quas tenet, non semper ad filiae Proserpinae raptum pertinere, sed felicitatis

ius gnari Centauri erant. Verum praeter alas, quas figura in curru flans gerit, et si arcum tensum et sagittam quoque teneat, victoriae tamen, quas vterque manu gestat Centaurus, huic Deae rem vindicant, et vterius probat gentis Aureliae denarius, ubi in curru pariter muliebris figura stat, a Centauris palmiferis vecta, quam omnes recte Victoriam esse, statuerunt. Vid. Goltzius in Fastis p. 168. Vrsin. Famil. Rom. p. 34. ubi alter Centauro-rum, loco palmae rami, aliquid ba-

cillo simile tenet. Wilde Select. Numism. pag. 94. Tab. XI. n. 66. et Spanhem. Tom. I. p. 283.

H) Loc. cit. p. 278. seqq. et Epist. III. §. V.

I) Eleusinia, siue de Cereris Eleusinae sacro ac festo. Lugd. Bat. 1619 4. Traclauit idem argumentum post Meursium, ex quo paucissima se haussisse gloriatur, Cl. Stochausen in Libello de Cultu ac visu lumin. antiquo. Trai. ad Rh. 1726. et Eleusinia quidem Cap. V. explicuit.

citatis aliquando, et, si modius cum spicis et papauerum capitibus adstat, vel ipsa in manibus haec gerit, vbertatis signa esse. Succedat in huius Deae locum, Venus cum filio Cupidine, quem quidem Aristaenetus K) *θεὸν δεσδέχον, et πνεύραρον* Epigrammaticus graecus L) vocant, facem vero, tanquam perpetuum signum gerere, vno animo scriptores tradunt M). Eustathius N) plura Cupidinis taediferi simulacra recenset, nec rarus stans cum face vel erecta O), vel inuersa P), arcu etiam aliisque signis additis Q), aut in curru à leonibus tracto R), aut denique per aera volitans, et Baccho S) vel Leandro T) praelucens, cernitur. Hinc Veneris, faces tenentis, currus aliquando à binis genis seu Cupidinibus tractus V), qui pariter X) ac puellae Y) alibi Deae faces praeferunt, quae sola rarius taedifera conspicitur. Z) De

δεσδέ-

K) Lib. II. Epist. VI. pag. 222. Ed. de Paw. 1736. 8.

L) Antholog. Lib. VII. p. 617. Ed. cit. Vid. Tzetzes Chil. VI. Hist. XI. p. 347. Ed. cit.

M) Deus Lampfacenus omnium prope Deorum signa in libero Carmine recensens, ita quoque de amore tradit: Carm. VIII. v. 12.

Quis tē celata cum face vidit,
Amor?

Et Marianus in Antholog. Lib. III.

Cap. II. Epigr. 48. p. 469.

Πῆ πτερά; πῆ λαμπράς πολυώδο-
νος;

Vbi alae? Vbi fax multorum do-
lorum caussa?

non, vt alii vertunt, lamentabilis. Vid. Epigr. 59. p. 472. Aristaenet. Lib. II. Ep. V. p. 212. 213. Apulei. Metam. Lib. V. p. 89. Ed. Colv. Eurip. Hippol. v. 530. Voss. de Idolol. Lib. VIII. Cap. XXXVI. et Beger. Thef. Tom. I. p. 173.

N) De Isinen. et Isinen. amoribus.

O) Mus. Florent. Tom. I. Tab. LXXIII. n. 5.

P) Ibid. n. 4. Vaill. Numism. Graec. loqu. p. 52. 58. 102. 112. Fax inuersa moeroris potissimum et tristitiae signum est, id, quod magis adhuc declarat nummus Sicyoniorum apud eundem Vaill. p. 119.

Q) Achill. Tat. p. 8. Beger. Thef. Brand. Tom. III. p. 201.

R) Beger. loc. cit. Tom. I. p. 184.

S) Vaillant. Graec. loqu. p. 168.

T) In binis Ἀφροδηνών nummis apud Cl. Vaillant loc. cit. pag. 96. et 134.

V) Cl. Beger. Thef. Tom. II. p. 60r.

X) In nummo Aphrodisiensium apud Cl. Vaillant loc. cit. p. 149.

Y) Doctiff. Beger. in Thef. Tom. I. p. 170.

Z) Binos Begeus nummos profert, in quorum altero Tom. I. pag.

H 3

124.

ἰδέσθω autem, quod est apud Pausaniam A), ego rem in medio relinquo, et causam potius inquirens, cur amor lampadem gerat? Phurnutum sequor, qui ait B): „Fax ei traditur, quia videtur animos inflammare,, Fufius eadem exponit Alexander C), vnde factum est sine dubio, vt Poetae, quibus semper cum Venere atque Cupidine res est, facem inter arma minimi Dei referant D), eamque puellis inde, quarum amore tenentur, et quibus se aduri putant, aliquando adscribant E).

§. II. Sed liceat mihi Poetarum exempla sequi, qui, vt Criticorum facile princeps Burmannus F) obseruauit, ob furorem, amori iunctum, Veneri aliquando furias addunt, quas in Tragoediis semper facibus instructas esse, mortaliumque animos angere, vetus in Aristophanem Enarrator prodit G). Singulis quidem lampades addunt Poetae H), interdum etiam colu-

bris

124. facem inuersam in dextra, in altero p. 176. sinistra tenet. Confer sis Ouid. Epist. Heroid. II. v. 40. Propert. Lib. III. Eleg. III. v. 50. Iuuen. Sat. VI. v. 138. et Io. Fr. Gronou. ad Senec. Hippolyt. v. 444. pag. 255. Ed. Schroederi.

A) Lib. VIII. Cap. XXVII. pag. 762.

B) De Nat. Deor. Cap. 25 p. 200. Ἀνὰ δὲ τῆς λαμπάδος αὐτῶ, πύρρον δὲ κενεῖται τὰς ψυχὰς.

C) Problemat. Lib. I. p. 275. Ed. Wechel. 1585. 4. Λαμπάδα δὲ κατέχοντα καὶ πτερωτὸν εὐκοπέται δὲ αὐτοῖς, καὶ τὸ τῆς καρδίας ἐμφυτον θερμὸν ἐν τῆς ἀπάνου, καὶ σφοδρῶς φροντίζου τῆς πρὸς τὸ ποδῶν.

D) Tibull. Lib. II. Eleg. V. v. 113. ἢ τὸ ποδῶν αὐτῶν ἐστὶν ἡ φά-

Acer Amor, fractas vnam tua tela, sagittas

Licet, extinctas adspiciamque faces.

Conf. Lib. III. Carm. II. v. 5. et Lib. II. El. I. v. 32. vbi vid. Bröckhusius. Achill. Tat. p. 75. et Aristae. netus in primis, qui ait. Lib. I. Ep. VI. p. 44. ἔτιος ἐν ἡπείδην, ὀμολογῶ, τῆς ἀνικητὸς λαμπάδος.

E) Ita conqueritur terribissimus Tibull. Lib. II. Eleg. III. v. 5.

Et, seu quid merui, seu quid peccauimus, vrit,

Vror. io remoue, facua puella, faces.

F) In Annotat. ad Valer. Flacc. Lib. III. v. 13.

G) Ad Plut. v. 425. vbi simul videas Spanhemium.

H) De Megaera Seneca loquitur in Herc. Oct. v. 1095. et Petron. Cap.

bris nexas D): binos tamen ad Iulianum nummos Spanhemius affert K), vbi vna furiarum taedas, altera serpentes, et tertia flagellum atque gladium, vel binos etiam gladios gerit, quo ita omnia instrumenta, quibus facinorosos exagitare censebantur, iuncta videas: Neque absimilis taedarum ratio est, quas Poetae nunc atras L), nunc stygias atque cruentas M) umbris affingunt, aut quibus Nemesis N) insolentes viciscitur, quibus omnibus Proserpinae faces possem addere, nisi de his, ansam praebente Hecate, iam aliqua commemorassem.

§. III. Quo autem de caediferis Deabus pensum absoluiam, Cybelen produco, quam et Rheam, et Magnam Matrem nuncupavit antiquitas, quamque inter alia facibus quoque gaudere, iuxta Phurnutus O) tradit: „Fingunt hanc gaudere tympanis, cymbalis, fulminibus et facibus:“, atque Nonnus P) de sacris Rheae canit:

Iner-

Cap. 124. pag. 591. Ed. Burm. De Erinnyde Lucanus Lib. I. v. 572. et Senec. Octau. v. 162. qui pariter de Tisiphone prodit Herc. fur. v. 986.

I) Valer. Flacc. Lib. III. v. 392.

et ecce

Cum facibus spirisque et Tartareo
Tisiphonem videt.

vbi causa non est, quamobrem cum Doctiss. Burmanno pro spiris, pinis legamus, siquidem de colubrarum spiris, quas gerunt furiae, inter omnes constat. Vid. Ouid. Ibis v. 162. ibique Saluagnius.

K) Les Cefars p. 48.

L) Senec. Octau. v. 115. seqq.

Modo facibus atris armat infirmas manus.

M) Id. ibid. v. 594. et 722. Stat. Silu. Lib. II. Carm. VII. v. 119. et Cl.

Brockhuf. ad Tibull. Lib. I. Eleg. II. v. 69. p. 70. b.

N) Haec in Byzantium nummo apud Cl. Vaill. Graec. loqu. pag. 132. stat. stolata, dextra facem, sinistra rhombum tenens, ad pedes rotata, et in alio Nicopolis vrbis apud eundem p. 138. in quo stat in templo, dextra velo facem obducit, ad pedes gryphus rotae insistens.

O) De Nat. Deor. Cap. VI. p. 145. Καὶ τούτην παρεισάγει τυμπάνοις καὶ κρηβαλοῖς, καὶ κρηαυνοῖς, ἢ λιπαδιφορίας χλαίμασιν, vbi de voce κρηαυνοῖς ego nihil definio.

P) Dionysiac. Lib. XIII. p. 386. v. 11.

Ἀπλανὲς ἔχουσι ἄνεμα μεταίσιος
ἴκετο Πρηνί

Καὶ νυχθὶ παλκοροσ ἐκείφισε μύρι-
δα πέτυκην,

Μύριθονα θερμάνησα τὸ δευτερον
ἤερα πυρσῶ.

Inerrans vestigium ducens sublimis veniebat Rhea,
Et nocturna retrogressa eleuauit facram piceam,
Mygdonem calefaciens iterum aera face.

Quibus equidem taedas possum addere, quae, cum duobus crotalis decussim positae, in monumentis apud Gruterum sunt Q). Ex his omnibus coniecturam ego caperem, faces, ob virtutem Deae, aera foecundandi, adhibitas in eius sacris fuisse, nisi, si ad Venerem, atque Furias respicio, et crotala, tympana, atque tibias considero, potiori forte iure, ad furorem Cybeles eiusque sacerdotum, faces referri posse, considerem. Vesta sine dubio, ob ignem immortalem, tanta cura in delubro Deae nutritum, nunc sinistra manu R), nunc dextra S) facem, vel etiam lucernam tenet. Nonnus T) Iunonem contra Bacchum pugnantem, facem in Dianam iaculatam facit. et Pietas atque Securitas cum face in nummis conspicitur apud Cl. Pedrusi V): quarum tamen rationem anxie equidem non quaero, nisi quod puto, Securitatis facem focum indicare, quem suum quisque, pacis tempore, luculentum colere posse, inter rusticae saltem vitae beatitates, antiqui omnes numerabant.

§. III. Mineruam, in cuius sacris Παιωνοθυσιας lampadum certamen erat X), ipsam facem gerere, ego equidem nusquam legi vel vidi. Vulcanus autem, Prometheus, atque Pan, quibus etiam

Q) Corp. Inscript. pag. XXVII. n. 3. 5. p. XXVIII. n. 15.

R) Vaillant Numism. Imp. T. II. p. 88. 390. Beger. Thef. Tom. II. p. 629. Banduri Tom. I. pag. 240. Vide sis Voss. Theol. gent. Lib. VIII. Cap. XXII.

S) Beger. Thef. Tom. II. p. 670. Lucernam cum hasta transuersa tenet in nummo Gallieni apud Banduri Tom. I. p. 191. Conf. Stochausen loc. cit. Cap. VII. §. 8.

T) Dionys. Lib. XXXII. p. 806. v. 32.

V) Mus. Farnes. Tom. I. Tab. VII. n. 4. Tom. VIII. Tab. XXI. n. 2. et Tom. III. Tab. XXIII. n. 13.

X) Singularem librum de his Mineruae sacris conscripsit, in Antiquitatibus Graecis versatissimus Meursius, quem in his pariter ac in reliquis lampadum festis secutus est Stochausen Cap. VI. §. 4. seqq.

etiam lampadum certamina sacra erant, *δαδῆχοι* vel *πυρφόροι* nuncupati, vel cum facibus quoque picti fuerunt. Vulcanus quidem, ob lucis praesidium, *ἤρσειος* Y) dicitur, et a Sophocle *πυρφόρος* Z), quem Nonnus A) *πυρσοφόρον* vocat, et Lucianus B) *πυρῖνν*. et quandoquidem ipse non modo facem tenens, in gemmis C) cernitur, sed Cyclopes etiam cognomine *δαδῆχοι* appellantur a Nonno D), utrisque propter ignem, quo metalla tractabant, faces a Poetis adscriptas esse, apertum est. Pana, quem veteres pro vniuersi natura habebant, Arcades praesertim igni perpetuo colebant E), et Ill. Spanhemius F) nummum profert, in quo Pan, cum face et pedo, cernitur, quod numen Athenienses etiam, Herodoto G) auctore, lampadum festo placabant. Superiora ibi fama fuerunt *Προμηθεα*, a Prometheo dicta, cui *δαδῆχον καὶ πυρφόρον* H), aut etiam *θεῶν πυρφόρον* I), apud auctores nomen est. et causam, quamobrem Huic pariter ac Mineruae, atque Vulcano, lampadum certamina, tantis sumptibus, Athenienses egerint, ego equidem, praeter iam allatam, ignem esse, existimo, quem Prometheus, a Minerua in coelum sublatus, in ferula, ibi accensa, hominibus tradidisse fingitur a Poetis, et cuius ope, Vulcano docente, omnia tractauerint homines atque confecerint, quae ad vitam eorum potuerint necessaria esse.

§. V.

Y) Plato in Cratylo Tom. I. p. 407.

Z) Oedip. Colon. v. 54. Conf. ad hunc locum Scholia graeca.

A) Dionysiac. Lib. XXX. p. 768. v. 32. et alibi saepe.

B) Lucianus de Sacrificiis Tom. I. p. 365.

C) Mus. Florent. Tom. II. Tab. XXXX. n. 3. vbi vid. Gorius p. 90.

D) Dionysiac. Lib. XIII. p. 388. v. 24.

E) Pausan. Lib. VIII. Cap. XXXVII. p. 677. Videtis Reines. ad

Rupert. p. 254. Rossi Memor. Bresc. p. 150. et Stochausen Cap. VII. §. 9.

F) Remarques sur les Césars de l'Empereur Julien p. 45. et dans les Preuves p. 29.

G) Lib. VI. Cap. CV. p. 365. Tom. II. Ed. Almelou.

H) Aeschyl. Prometh. vincit. v. 438. Philostr. Vit. Apoll. p. 602. vbi legas, quae annotauit Doctiff. Olearius.

I) Vide Scholia graeca in Sophocle. Oedip. Colon. v. 54.

§. V. Notus etiam hoc nomine Bacchus est, seu Dionysius, facpissime apud auctores K) cum taedis obuius, in cuius quidem nocturnis sacris, qualia Pellenenses inprimis Deo *Λαμπτήρι* egerunt M), faces seu lampades per urbem ferebantur, et in Lenaeis *δαδῶχος* clamabat N): *καλεῖτε θεόν*: vnde etiam *Φεραγῆς* O), atque *Φαυσῆριος* P) nuncupatus est. et Pausanias Q) prodit, signum Dei Athenis, in delubro Cereris, cum facibus fuisse. Quamquam autem vero non absimile sit, faces ob igneam quasi vini virtutem, et, in quem, eo poto, coniiciuntur ut plurimum, furorem, Baccho additas, et in sacris praelatas fuisse: Nonnus R) tamen, eas fulminis et flammae, vnde ereptus Deus est, signum fuisse, Deique originem indicare, scribit:

- - - Nam coelestem tuum,

Facium tuarum fulgur, ortum significat.

Quem vero nonnulli eundem et Bacchum esse putabant, puerum renel-

K) Aristoph. Nub. v. 603. seqq. vbi Scholia videas, pariter quam ad Ran. v. 1242. Aeschyl. Eumen. v. 24 Eurip. Bacch. v. 145. 306. et Sophocl. Oedip. Tyr. v. 222.

L) Quemadmodum plurium Deorum sacra noctu peragebantur, vbi omnia silent, sic de Bacchi etiam festo Euripides prodit, Bacch. v. 486. quod per noctem actum sit, quoniam tenebrae augusti quid habeant. Vid. Cl. Barnef. ad Eurip. loc. cit. et Nonn. Dionys. Lib. XXXVIII. p. 1304. v. 29.

M) Plene hoc Bacchi festum exponit Pausanias Lib. VII. Cap. XXVII. p. 595. *Τέτοια καὶ λαμπτήριων ἑορτὴν ἀγασί, καὶ δαδῶς τε ἐς τὸ ἱερὸν κομίζεσθαι ἐν νυκτὶ, καὶ οἷα κρητῆρας ἰσάσθαι ἀπὸ τῆν πόλιν πάσαι.* Has in templum portatas faces eleganter ex nummo describit Cl. Be-

ger. Thef. Tom. III. p. 137. cui adde Stochausen Cap. VII. §. XI. et Potter. Archaeol. T. I. p. 429. et Venet. Cur. Lib. Pater *λαμπτήρι* et *πυριστόρεος* dictus sit, disquirat Huet. l. c. p. 134. N) Scholiast. Arist. in Ran. v. 482.

O) Nonn. Dionysiac. Lib. XXXVIII. p. 970. v. 6.

P) Lycophr. Cassandr. v. 212. vbi Tzetzes p. 30. exponit, hoc nomen propter sacra Dei, lampadibus celebrata, Dionysio inditum esse.

Q) Lib. I. Cap. II. p. 6.

R) Dionysiac. Lib. XXIII. p. 620. v. 22.

- - *ἔργῳ ἡν ἄρ
Σὼν δαίδων ἀμύργματα πῆν κήροσε
ἡσέθλην.*

De Diodor. Sicul. qui Lib. I. p. 7. existimat, faces Baccho sacras esse, quia idem qui Sol sit, legas velim Cl. Buonaroti loc. cit. p. 431.

tenellum, et comessationum Deum, cum facula Philostratus fingit S), eiusque reddit rationem: praeter quam tamen, ad laetitiam, cuius fax signum erat, et lychnos, conuiuio domum redeuntibus praelucentes, respici debere, contendo.

§. VI. Denique, quod minus apud Scriptores obuium est, Ioui etiam, ob trifidum fulmen, lampades aliquando Poetae tribuunt, vnde Hercules apud Senecam ait T):

In me saltem iaculare facem,

Semelemque puta.

Et, in Coreyraeorum nummo, Deus, vtraque facem tenens, conspicitur V), cui et Apollinem addas, qui Nonno X) prode, Neptuno facem intendit. Postremo autem, quod in Marmore cernitur, in quo Homeri Apotheosis adumbrata est, et quod intactum reliquit Ill. Cuperus Y), Poetis, Homero praelucens, binas clatas faces tener. quas, siue Poetae ob artem consecrato, praelatas, siue tanquam Poeticas signum, quae flammae instar, in sublime tendit, et in diuino quodam spiritu consistit, additas esse, existimemus Z), forte promiscuum erit. et certe quidem confido, fore, vt in examinandis, quas quidem coacti passim fecimus, coniecturis, aequos iudices se Lectores praebent, nec ad seueras veritatis leges omnia exigant, sed, si quid minus apte a me dictum fuerit, nec plene expositum, humani enim nihil a me alienum esse, puto, ego quidem rogo, modeste moueant, omnique studio contendam, vt, et quod peccatum fuerit, emendem, et simili erga alios officio nunquam desim.

S) Icon. Lib. I. Cap. II. p. 765. seq.

T) In Herc. Oet. v. 1914. Conf. Apoll. Rhod. Lib. III. v. 1376. et Valer. Flacc. Lib. I. v. 568. vbi v. Weitzius. Lucret. Lib. II. v. 383. et Stanleii. ad Aeschyl. Eumen. v. 830.

V) Vaillant Numism. Gracc. loqn. p. 52. Conf. Rossi Memor. Brescian. pag 78.

X) Dionysiac. Lib. XXXVI. pag. 892. v. 32.

Y) Apotheosis seu Consecrat. Homeri. Amst. 1683. 4.

Z) Forte huc facit, quod est apud Aristoph. in Ran. Act. V. Sc. V. v. 1572. Plutum Aeschylō λαμπράδας ἱερῶς praeferrī iussisse, cum Bacchum sequens, ab inferis abiisse fingitur a Patre Comoediae antiquae.



T H E S E S.

I.

Mutationes Mercurii in Tubo Torricelliano non ex gravitate, sed vi aeris elastica, exponendae sunt.

II.

Αυροχρησα cum Magnanimitate consistere non potest.

III.

Qui T. Pomponium Atticum bonum ciuem fuisse negant, ipsi iniuriam inferunt.

III.

S. Aurelius Victor Cornelii Nepotis de Viris Illustribus Epitomen fecit, qualem Iustinus Trogi Pompeii.


V.

Valerudinarii Reipublicae, omnino damno non sunt, contra Platonem de Republ. Lib. III. p. 440. Ed. Ficini.

VI.

In Quinctiliano de Instir. Orat. Lib. XII. Cap. XI. verba de Celfo ita constituenda puto: Quid plura? cum etiam Cornelius Celsus medicus, acri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, et rusticae etiam, et medicinae praecepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus.

- | | |
|--|---|
| P. II. not. X. vf. 4. leg. <i>παυδός</i> . ibid. vf. 5. l. <i>θείον τι</i> . | p. 50. not. N. vf. 4. l. <i>καλῶντός τε</i> . ibid. vf. 5. l. <i>μάλα</i> . |
| p. 18. not. Q. vf. 3. l. sicla. | p. 52. not. S. vf. 5. l. <i>Επ-ελλωσαν</i> . |
| p. 28. vf. 7. l. euerterit. | p. 53. not. A. vf. vlt. l. <i>ἐκίκασι τίς</i> . |
| p. 47. vf. 3. l. Elagabalus. | p. 61. not. M. vf. 9. l. <i>πολυώδυνος</i> . |
| p. 48. not. C. vf. 6. l. <i>αὐτή</i> . | p. 62. vf. 12. l. Furias. |



102 183

ULB Halle 3
004 303 75X


f


sb.

VD 18

VD 17







3.

ΔΑΙΔΟΥΧΙΑΣ

IN

SACRIS AESCVLAPII

AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IVSTVS GODOFR. GVNZIVS

A. M. ET A. M. B.

KOENIGST. MISN.

ET

IO. FRID. GOTTLIEB RICHTERVS

PHIL. CVLT.

DRESD.

EXPOSITAS DISPVTABVNT

LIPSIAE XV. KAL. IANVAR.

M DCC XXXVII.

LITTERIS LANGENHEMIANIS.

